ANTICHRISTI EXCIDIUM:

Hier. 33. 3.

Invoca me & respondebo, ac indicabo tibi magna & abstrusa, quæ non cognoscis.

Frederic II. *Imp. ad Gregor.* IX.

Roma diu titubans, longis erroribus acta corruet, & mundi desinet esse caput.

Catal. test. ver. l. 17. *p.* 1670.

Totius negotii Cardo versatur in inveniendo exordio Antichristi; quod supra, &c. in ruinam Imperii Romani incidere ostendimus.

Joh. Cluver. in Diluc. Apocalypt. Tom. 3. *in cap.* 11. *p.* 26. *b.*

LONDINI,

Typis Johannis Streater, MDCLXIV.

BRITISH MUSEUM
28
FEB
53

Præfatio.

PRæsagit animus sanctos Agni satellites lætitiarũ flumine non posse non perfundi, cùm de præcipiti magni Antichristi illius exitio inaudiverint. Quorum sitim, si non expleam, saltem ut imminuam, hisce paginis haud sine omni profectu insudasse spes mihi penitus non adempta est. Flexis itaq; genibus obnixè precor, ut matutina Apoc. 2. 28.
stella radios veritatis lucidissimos pectore nostro dignetur affundere. Quibus imbutus, tenebrosum hujus prophetiæ callem non sine benigno Spiritus Sancti ductu tutiùs obambulem. Non divagarer fortean extra oleas, si ad intimiorem Apocalypseos indaginem ratiocinia piorum flagrantiùs accenderem; præsertim cùm jam exardescant ubique gentium vota: imò prægestiant in prophetiarum speculã positi cladem Bestiæ jam jamque impendentem.

pendentem. At præloquii memor, pedem revoco. Paucula tamen à Summis labris prælibasse velim; nec injucunda fore confido, quæ pio lectori salivam saltèm moveant, atque etiam nè gratis assumpta inclamarent hostes Jehovæ & (*b*) Christi ejus.

עַל - מְשִׁיחוֹ

(*b*) Ps. 2. 2. ἀντίχριστος.

Art. I. *Quod Pontifex Romanus successivè sumptus, sit* Magnus *ille* Antichristus.

Paulum in *Cap.* 2. *Epist.* 2. ad Thessalonicenses, necnon Johannem, *Cap. XI. & XIII.* Apocalypseos, de Antichristo prophetasse è Patribus abundè patet. *Nulli dubium est* (inquit (*c*) Augustinus) *de Antichristo ista dixisse.* Quid moror? Concedunt Pontificii, licèt oculorum aciem aliorsum deflectere conantur, ne graphicus Apostolorum stylus sedem Papatûs depinxisse censeatur. Nostrûm est itaque dilucidius exhibere, quòd ὁ ἀντιχείμενος ὁ ἄνομος, ὁ ἀνθρωπος τῆς ἁμαρτίας sit ille ipse pontifex. A limine autem, cramben centiès coctam apportaturus nos salutat, qua ratione sc. textus ille

(*c*) Augustin. de Civ. Dei l. 20. c. 19. Whitakerus Controv. *Tom.* 2. *p.* 680. *a.* Jewelli defens. *Apolog. Eccles. Ang. Edit. fol.* 104. *d.* 1571.

in

in Papam cudi poterit, cum Apoſtolus de unico tantum ſuppoſito ſermonem inſtituat? Hinc, hinc ab utraque phalange victoriam canunt, cùm individuorum nullus in tot ſæcula filum hujus vitæ protraxerit: quod de Antichriſto ſuo ſomniarunt hæretici. Quibus ut eripiamus triumphum, primo aſſerimus non ſolum nomina propria & vocabula res individuales connotantia, ſed etiam quæ multitudinem, collectionem ſeu Succeſſionem rerum, perſonarumve, apud Græcos Latinoſque optimi commatis authores, ſingulari numero efferri & præequitante Demonſtrativo articulo ſæpiùs exprimi. Uti cum *acervi*, *flumina*, *civitates*, *populi*, *gentes*, *reges* delineantur, paſſim apud Hiſtoricos, Sacra itidem pagina exemplorum ferax obſtrepentes reprimit. De Nebuchadnetzare; regem ipſum, coràm alloquens propheta. *(a)* [*Tu* (inquit) *es caput hoc aureum.*] *i. e.* Tu & Succeſſores tui in Imperio Babylonico. De corpore Chriſti myſtico *(b)* [ἕτω καὶ ὁ Χριστὸς, *ita & Chriſtus*] (inquit Paulus) componens Corporis naturalis membra cum membris myſtici è Succeſſivâ

(a) Dan. 2. 38.

(b) 1 Cor. 12. 12.

Sanctorum multitudine coacti. De Summo Sacerdote legimus in Epistolâ
(d) 1 Pet. 2. 17. ad (c) Hebræos; quod singulis annis in Sanctum Sanctorum solus introiverit: cum hunc ingressum de omnibus è stemmate Aaronico oriundis dilucidè
(c) Heb. 7. 23. 9. 7. 13. 11. statuat Apostolus. Cum Petrus (d) præceperit τὸν βασιλέα τιμᾶν, quis insulsus interpretetur de Nerone solo honorando, cæteris Imperatoribus regibusque ad seros usque nepotes dimissis.

Deinde, Quod hic præ manibus textus, de Antichristo per plurima sæcula expanso necesse sit ut intelligatur, liquet: Quia ὁ κατέχων non fuit unus aliquis homo sed status Imperii Romani post quatuor exinde centurias, nedum ætate Pauli diflatus & confusus. Apostolus autem asserit mysterium Iniquitatis tùm cæpisse ἐνεργεῖσθαι, at non nisi post Imperium elirutum, *palàm* fieri τὸν ἄνομον; unde de Successivo quodam Impio exponendus est; qui in Cryptis Romæ subterraneis per quatuor Sæcula delitescens, amoto tandem Imperio retegeretur sub dio, & grassaretur longiùs in immane per Ecclesiam.

Inter

Inter plurima, quæ Apoſtolus de hoc Antichriſto protulit, tria ſolummodo currente calamo perſtringam. 2 Theſſ. 2. 4.

I. Quod Antichriſtum hìc graphicè depictum Paulus ſtatuat ὑπεραιρόμενον ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα. *eſſerentem ſeſe adverſus quicquid dicatur Deus aut numen.*

II. Καθίσαι εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς Θεός. *ſeſſurum in Templo Dei tanquam Deum.*

III. Ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός. *Præ ſe ferentem quod ſit Deus.*

Hæc tria Antichriſti τεκμήρια, ſi fronti pontificis Romani ſucceſſive ſumpti, cæteris omnibus per totum terrarum orbem ab hoc triplici Stigmate exemptis, probè inurantur; illum ipſum & fuiſſe & eſſe magnum illum Antichriſtum neminem piorum amplius hæſitaturum confido. Hæc autem (ut vel ſole meridiano clariùs effulgeant) è Jure Pontificum canonico, è ſuorum decretis, cæteriſque probatæ apud illos authoritatis ſuffragiis eruere, elucidare, præfulcire conabor. Conſtitutiones autem illas & canones antiquorum & recentiorum pontificum

sub pænâ anathematis (*a*) Conciliabulo Tridentino non semel ratihabitos esse nemo nescit: hinc non est, quod subterfugium quærant.

(*a*) Concil. Trident. sess. 24. c. 14. & 25. c. 18. & alibi.

Sect. I. *Antichristus effert se adversus quicquid dicatur Deus aut Numen.*]

Non modò contra Deos Gentium fictitios instruxit Copias; sed & Metaphoricus, utpote Angelis, Regibus impudens hic ἀλάστωρ se opposuit: Imò & (quod infandum dictu!) vero Deo, ejusque cultui ulcerosis traditionibus, ritibusque è proprio pectore sanioso manantibus audaciùs insurrexit. Cum σέβασμα objectum cultus hic designet; quicquid adoratur aut colitur, ad proprium nutum vel rejicit vel amplectitur. Non quod aperto hiatu se Deum enunciet: sed authoritatem Divinam sibimet arripiendo, vendicando, exercendo, se vero ineffabiliquè Deo in plurimis præponet, & Christo vero Dei filio & soli totius Ecclesiæ capiti fictus hic vicarius se opponet. *Quisquis autem Christum*

Christum (uti scite (*b*) Hilarius) *qualis ab Apostolis est prædicatus, negavit, Antichristus est.* Quod pontifex Romanus se adversus Deum verum efferat, constabit è suis.

(*b*) Hilar. contr. Arianos & Auxentium. p. 280 edit. fol. Basil. 1523.

I. Papa absolvit à peccato, quod solius Dei est.] Visitantibus basilicas Petri & Pauli Apostolorum centesimo quoq; anno, *plenissimam omnium suorum concedemus & concedimus veniam peccatorum*, inquit (*c*) Bonifacius 8us. Præterea, si de reductione Jubilei ad annum 50. & 25. constitutio (*d*) Pauli II. aut (*e*) Julii III. consulatur, sic se produnt. [*Qui basilicas & Ecclesias antedictas, &c. devote visitaverint, &c. plenissimam peccatorum suorum omnium veniam elargimur.*]

(*c*) Extravag. Com. *l.* 5. *c.* de pœnit. et remiss. *fol.* 55. *col.* 3. edit. 4to. Lugd. 1511.

(*d*) Bullarium Rom. *p.* 94. edit. *fol.* Rom. 1586.

(*e*) Bullar. Rom. *p.* 494.

Augustinus item Triumphus Anconitanus librum suum de potestate Ecclesiastica Johanni XXII. dedicavit; atque eundem Gregorio XIII. inscripsit Augustinus Fivizanius non sine ejusdem privilegio concesso edidit Romæ 1582. ubi inter cætera hæc audias [(*a*) *Papa fideles suos per communicationem indulgentiæ à totâ culpâ & pœnâ liberare potest.*] De potestate insuper Pontificis divinâ ipsi sic

(*a*) Augustinus Anconit. de potest. Eccl. *q.* 32. Art. 4. *p.* 195. edit. *fol.* Romæ. 1582.

statuunt. [(*b*) *Dicitur habere cæleſte arbitrium*, &c. *naturam rerum immutat*; *Subſtantialia unius rei applicando alii*, &c. *de nullo poteſt aliquid facere*, &c. *ſententiam quæ nulla eſt, facit aliquam*, *quia in his quæ vult*, ei eſt pro ratione voluntas; *nec eſt qui ei dicat*, *Cur ita facis?* &c. *ipſe poteſt ſupra jus diſpenſare*, *de injuſtitiâ poteſt facere juſtitiam*, *corrigendo jura & mutando*, &c.] è quo fonte fluunt Aphoriſmi ſequentes Diabolici.

(*b*) Greg. IX. decretal. *l.* 1. de tranſl. epiſc. Tit. 7. *c.* 3. quinto perſonam] in gloſſa. *fol.* 40. *col.* 2. edit. *fol.* Par. 1510. & *fol.* 62. *col.* 4. edit. 4to. Par. 1519.

(*c*) Auguſt. Ancon. *q.* 6. *Art.* 1. *p.* 56.

(*c*) Appellare à Papâ ad Deum eſt ridiculum.

(*d*) Id. *q.* 6. *Art.* 1, &c. *p.* 312. &c.

(*d*) Diſpenſare poteſt in lege naturæ, lege moſaicâ & omni lege humana.

(*e*, *f*, *g*, *h*, *i*) Review of the Councill of Trent. Edit. *fol.* Oxon. 1638. *p.* 114. &c.

(*e*) Quod Papa ſit æqualis Deo.

(*f*) Quod ab illo non ſit appellatio ad Deum.

(*g*) Quod determinare poterit contra legem Dei.

(*h*) Quod ex injuſto æquum potuerit efficere, aliaque ejuſdem diræ farraginis tremenda, quæ vel meminiſſe horret animus tremitque calamus, & ni ad magis magiſque detegendum hunc nefarium ἄνομον, protuliſſe certè non auſus fueram. Sed hæc & plura

à Gu-

à Gulielmo Ranchino Jurisconsulto Gallico & ipso religione pontificia aliquantisper imbuto prolata videre est in libro Concilii Tridentini revisi, atque Anglicè verso à *D. Gerhardo Langbaine* Coll. Regin. Oxon nuper præposito. Ubi non sine testibus reum agit Pontificem. Recitat enim Augustinum Beroium, Baldum, Lancelotum Conradum, Hostiensem,&c. probatos juris canonici interpretes & vindices summos. Liber iste dignissimus sanè est, qui in integrum perlegatur ab omnibus, qui meretricem Babylonicam oderint, amaverintve: dum interim quæ restant, ipse peragam.

Innocentius III. præposito & capitulo Cameracensi [(*k*) *secundum plenitudinem potestatis, de jure possumus supra jus dispensare*] ubi glossa hic adjicit, *nam contra Apostolum dispensat, &c. contra vetus testamentum, &c.* Rursus, [(*l*) *Romanus pontifex omnia jura in scrinio pectoris sui censetur habere*] & rursus, [(*m*) *Nihilominùs innumerabiles populos catervatim ducit, primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum vapulaturos; hujus culpas istic*

(*k*) Decretal. Greg. IX. *l.* 3. *Tit.* 8.

(*l*) Decretal. *l.* 6. *c.* 1. *l. c. t.*] *fol.* 4. *col.* 2.

(*m*) Gratian. dist. 40. *c.* Si Papa. *fol.* 56. *col.* 2.

istic redarguere præsumit mortalium nullus.]

Quod Papa etiam in Christum Dei filium insurgat in plurimis de officiis meritisque ejusdem divinis demonstrare esset nec labor nec opus. [(a) *Papa* (inquit Anconitanus) *vice Christi & vivorũ et mortuorũ judex est*]. Sed ut vela contraham, vidimus istius Primatũ à Concilio Florentino (uti vocant) seu potiùs ab Eugenio IV. firmitèr statuminatum & decisum. [(b) *Romanũ Pontificem Primatum in universum orbem tenere, &c. & totius Ecclesiæ * Caput, &c. ipsique ad pascendam, regendam, & gubernandam universam Ecclesiam plenam, à Domino nostro Jesu Christo potestatem fuisse traditam.*] atque hinc patet amplissimus dicendi campus de infallibilitate sedis Pontificiæ. Cum Gregorius, (magnus & *Sanctus* ab ipsis insignitus, atque virtute porphyriacæ Cathedræ æq; infallibilis ac hodierni à concilio Florentino Tridentino què sedentes) in registro etiam Romæ impresso sic determinat, [(c) *absit à cordibus Christianorum nomen istud blasphemiæ in quo omnium sacerdotum honor adimitur, dum ab uno sibi dementer arro-*

(a) *Augusl. ab Anconâ. q.* 46. resol. *Art.* 1. *p.* 249. *b.*

(b) Crab. concil. general. *Tom.* 2. *fol.* 808, *c.* 809. *C.* edit. *colon.* 1538. & Carranz. summa concil. *fol.* 267. *b.* edit, *Par.* 80. 1550.

* Christus est caput ecclesiæ, *vid.* 1. 18, de secundario capite nil legimus.

(c) Gregor. regist. Epist. *l.* 4. *Ep.* 32. edit. 80. Rom. 1612. *p.* 255.

arrogatur,] atque iterum. [(d) *Nullus unquam deceſſorum meorum hoc tam profano vocabulo uti conſenſit,*] rurſus ibidem [(e) *Juxta eſt ille de quo ſcriptum eſt, ipſe eſt rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ, &c.*] poſtea appellat, [(f) *Nefandum elationis vocabulum*] & ſtatim [(g) *Superbum & ſtultum vocabulum.*] In illâ itidem epiſtolâ comparat cum Lucifero & appellat *perverſum & temerarium nomen.* (h) *Rex ſuperbiæ prope eſt, & quod dici nefas eſt, Sacerdotum eſt præparatus exercitus.* (i) *Nefandum elationis vocabulum.* (k) *Propinqua jam Antichriſti eſſe tempora deſignatur.* (l) *Fidenter dico quisquis ſe univerſalem ſacerdotem vocat vel vocari deſiderat in elatione ſuâ Antichriſtum præcurrit.*] Judicent per me licet vel ab aratro pettiti, è Gregorio I. vel Eugenio IIII. quiſnam erraverit? utrum horum mavis accipe. Quid etiam de errore Cathedræ ſub Johannâ Papiſſa Dicamus, conſulantur Juellus, Jameſius, Mareſius, aliique qui veritatem illius aſſeruêre, multi ſunt articuli in quibus & Pontifices ſummi & concilia apertè ſibimet in os contradixerunt. Sanum eſt illud

(d) Id. l. 4. Ep. 36. p. 263.
(e) Ibid. p. 265.
(f) l. 4. Ep. 38. p. 269.
(g) Ibid. pag. 269, 270, 271.
(h) P. 272.
(i) P. 273.
(k) L. 4. Ep. 34. p. 259.
(l) L. 6. Ep. 30. p. 464.

Hieronymi.

Hieron, in Galat. Hieronymi. *Spiritus Sancti doctrina est canonicis literis prodita, contra quam siquid statuant concilia, nefas duco.*]

At Papa se effert etiam supra concilia. Ita enim Panormitano Archiepiscopo perorat Paschalis, [(*a*) *aiunt in conciliis non inveniri, quasi Romanæ Ecclesiæ legem concilia ulla prefixerint; cum omnia concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem & facta sint & robur acceperint; & in eorum statutis Romani Pontifices patenter excipiatur auctoritas.*]

(*a*) Decretal. Greg. IX. *l.* 1. *Tit.* 6. de electione & elect. por. *c.* 4. *Significasti. fol.* 33. *b. col.* 4.

Super hâc re autem quid miremur, cum etiam adversus Angelos sese efferat Romanus Pontifex? Docuit etenim non ita pridem (*b*) Jewellus noster è concilio Lateranensi Felino, Antonino, Haimburgensi aliisque, Papam Angelis imperare, Papæ omnem creaturam esse subjectam, &c. imò plura è Baldo, Augustino Triumpho congessit (*c*) Ranchinus: Papam sc. quoad jurisdictionem, Angelos transcendere, quoad scientiam revelatam illis superiorem, *illosque etiam* (*d*) *posse excommunicare.*

(*b*) Jewel. defens. Apolog. 572.

(*c*) Ranchin. concil. Trident. revis. *p.* 113.

(*d*) Augustin. Triumph. *q.* 18. *Art.* 3. rtsol. *f.* 115. *a.*

Potestatem

Poteſtatem etiam in infernum vendicat. *Papa per ſuam orationem* (inquit *(e)* Auguſtin. ab Ancona) *abſolvit Trajanum à pœnâ inferni, quæ eſt infinita.* Quod ſi quis in anno Jubilæo Romam contendens in itinere fato functus fuerit (*f*) Angelis paradiſi præcipit Papa, ut animam ejus in gloriam paradiſi evehant.

(*e*) Id. *q.* 32. *Art.* 3. *p.* 193. *a.*

(*f*) Ranchin. ib. *p.* 114. è bulla Clem VI.

Minora ſunt quæ de Apoſtolis ſtatuunt. Aſſerunt enim Papam (*g*) Apoſtolis poteſtate majorem & diſpenſare poſſe cum illis. Ita enim diſertè ſcribunt (*h*) Juris canonici gloſſatores, [*contra Apoſtolum diſpenſat*] atquè expreſſè alibi, [(*i*) *ſic ergo Papa diſpenſat contra Apoſtolum.*

(*g*) Id. *p.* 114.

(*h*) Gratian. cauſ. 15. *q.* 7. *c. auctoritatem* in gloſſ. *f.* 304. *col.* 4.

(*i*) Diſt. 34. *c. lector.* gloſſ. *fol.* 50. *col.* 1.

Deſcendamus tandem ad Deos minorum gentium: Imperatores ſc. Reges & principes, quos omnes Romano Pontifici ſubeſſe etiam in Temporalibus non ſemel decrevêre. [(*k*) *Subeſſe Romano Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, diffinimus, et pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis, uti ſtatuit Bonifacius* 8.] In Decretalibus etiam Greg. IX. ſic legimus in gloſſa: [(*l*) *Pontificalis dignitas quadrageſies ſepties major eſt Regali*

(*k*) Extrav. com. *l.* 1. *ſol.* 11. *col.* 4. *c.* de majoritate & obedientia. Turrecremata ad fin. ſummæ. *q.* 13. edit. Lugd. 1496. 4to.

(*l*) Decretal. Greg. 9. *l.* 1. *Tit.* 33. *c. ſolita, f.* 119. *col.* 4.

Regali dignitate,] Insuper, [(m) *Petro æternæ vitæ clavigero terreni simul et cælestis Imperii jura commisit.*] Quam potestatem Nicolaus Mediolanensibus scribens, Ecclesiæ Romanæ accomodat. Rursus [(n) *Totius orbis Papa tenet Principatum*] atquè iterum [(o) *Super gentes et regna Romanus pontifex à domino constitutus*]. Innocentius I. ita statuit apud Gratianum, [(p) *Nemo judicabit primam sedem*, &c. *neque enim ab Augusto, neque ab omni Clero, neq; à regibus, neque à populo judex judicabitur.*] Atque uti Papa non subest, ita et illis præest; *potest* enim *omnes Reges, cum subest causa, deponere*, inquit illorum dilectissimus filius Anconitanus. [*Potest* (b) etiam *in quo libet regno regem instituere.*] Hoc etiam de facto perpetratum heu quantum luxit Germania. Nam Gregor. VII. omnes Imperio Henrici IV. Imperatoris Subjectos juramento fidelitatis absolvit, [*ut omnes nunc demùm intelligant* (inquit (c) Hildebrandus iste ignivomus) &c. *in terrâ quoque imperia, regna, principatus et quicquid habere mortales possunt, auferre et dare nos posse,*] effatum sanè Tripode dignum!

(m) Dist. XXII. c. omn. f. 29. col. 1.

(n) Sexti, l. 3. Tit. 16. de statu regular. in glos. f. 177. col. 4.

(o) Extrav. commun. c. de consuetud. fol. 2. col. 1.

(p) Caus. 9. q. 3. c. nemo, fol. 250. col. 4. & Ivo Carnotens. panorm. l. 4. f. 87. b. edit. 4to. Bas. 1499. vid. & epistolam Nicolai ad Michaelem Crab. concil. Tom. 2. fol. 129. &c.

(a) Augustin. Triumph. q. 46. Art. 3. p. 250. b.

(b) Id. p. 251. a.

(c) Platina in vit. pontif. fol. 170. a. edit. 8o. Par. 1505.

num ! Puſillum eſt illud, quod manat à poteſtate Pontificis ſuprema de prohibitione Regnum, ne ſe electionibus Epiſcoporum interſerant. (*d*) [*Nullus laicorum Principum vel Potentum ſemet inſerat electioni aut promotioni, &c. cujuſlibet Epiſcopi, &c. quiſquis autem, &c. agere tentaverit, anathema ſit.*] Quoad diſpoſitiones & donationes regnorum, inſtar omnium ſit Diploma Alexandri VI. Americam integram Ferdinando V. Caſtellæ regi concedentis, [(*e*) *Omnes Inſulas*, inquit, *& terras firmas, &c. à Polo Arctico ad Antarcticum fabricando unam lineam diſtantem ab Inſulis* de Los Azores, Y Cabo Verde, *centum leucis ad Occidentem Ferdinando Regi Caſtellæ, &c. in perpetuum donamus, concedimus & aſſignamus,*] ibique omnibus interdicit, (*f*) *cujuſcunque dignitatis etiam Imperalis & regalis ſtatûs, &c. ſub excommunicationis pœnâ ne ad inſulas vel terras firmas* prædictas *pro mercibus quærendis vel quâvis aliâ de cauſâ accedere præſumant abſque illorum aut ſuorum hæredum et ſucceſſorum licentiâ ſpeciali.*] Duo quoad Regnum noſtrum proferam, & manum de tabulâ. Primò, quod

(*d*) Gratian. diſt. 63. *c.* nullus, *fol.* 99. *col.* 1. & Ivo. *l.*3. panorm. *fol.* 57. *a.b.*

(*e*) Bzovii Annal. *Tom.*18. Edit. Col. Agr. 1627. *p.* 386. *col.* 2.

(*f*) Bullarium à Greg. 7. ad ſixt. 5. Edit. *fol.* Roma 1586. *p.* 135.

quod (g) Joh. XXII. Edwardo II. jactabunde renunciat Hadrianum prædecessorem suum Henrico regis nostri progenitori dominium Hiberniæ concessisse. Alterum est quod Pius V, ausu impio & temerario (a) Elizabetham Reginam nostram potentissimam ferire bruto fulmine non erubuit, & subditos juramento fidelitatis absolvere contra jus fasque divinum & humanum incassum moliebatur.

(g) Cherubini bullarium in bull. 5. Joh. 22. p. 36.

(a) Cherubini bullarium in Pii. 5. Constit. 102. p. 1072. Anno 1569. 5. Kal. Mart.

Ut tandem ἀνακεφαλαίωσιν. hujus paragraphes agamus; concludimus illum, qui se effert adversus Deum verum, adversus Christum Dei filium, adversus Angelos Dei, Apostolos Christi, Concilia, Imperatores & principes; efferre se adversus quicquid dicatur Deus aut numen. At Pontifex Romanus sese extulit in præfatis, ut è propriis decretis patet: habemus itaque ipsum Antichristianismi se confitentem reum: Quod erat demonstrandum.

Sect. II.

Sect. II. *Antichriſtus ſeſſurus eſt in Templo Dei, tanquam Deus.*

Per Templum Dei intelligimus (*b*) *Eccleſiam*, ubi Antichriſtus tanquam Doctor, Præſul, Epiſcopus ſeſſurus eſt; uti Hieronymus, Hilarius aliiq; tum veterum tum recentiorum diſertè interpretantur. At in Eccleſiâ Dei nullus excepto Pontifice Romano unquam auſus eſt ſedere *tanquam Deus*: i. e. Divinâ velut authoritate fultus jura Dei atque hominum pro placito reſindens. Ipſe etenim licèt Deum verum cultu proſequi præ ſe ferat; Doctrinam tamen Sacræ paginæ ſalutarem per traditiones ſuas, decreta, canones & cætera horrendæ molis juris Pontificii irritam reddere molitus eſt. Per ſatisfactiones, merita, opera ſupererogationis, jejunia, vota, peregrinationes, &c. viam in cælos Apoſtolis incognitam ſtravit. Verè ἄνομος! quòd nullis legibus ſubeſſe velit. In Cathedra namque ſedens, cultum ſibi tanquam Deo deferri curavit. Ita enim ſtatuit in Cæremoniali ſacro,

(*b*) 1 Cor. 3. 9, 16. & 6. 19. 2 Cor. 6. 19.

(c) Cæremon. sacr. l. 3. Sect. 1. edit. colon. 1572. 8o. p. 286.

[(c) *Omnes mortales et præsertim Christi fideles cujuscunque sint dignitatis et præeminentiæ, cum primum in conspectum Pontificis adveniant, distantibus spatiis ter debent ante illum genu flectere, et in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi, cujus vices in terris gerit, ejus pedes osculari.*] Apud Augustinum de Anconâ (in libro authoritate Papæ emisso) legimus (d) quod [*Dulia*, &c. *Papæ debetur, ut thurificatio et genuflectio,*] imo [(e) *Major honor quam Angelis.*] Præclarissimus item (f) Jewellus noster, ex Antonini summa [*Papa recipit à fidelibus adorationes, prostrationes et oscula pedum, quod non permisit Angelus à Johanne Evangelistâ sibi fieri.*] Plura hujusmodi è libris Pontificiis Romanæ sedi apprimè probatis facile est cuivis eliccre. Dum intereà contra nos quam jejunè ab hâc parte Pontifi.ii cavillentur. Si Pontifex, aiunt, in Ecclesiâ Dei sedet; Ergo Romana Ecclesia est vera Dei Ecclesia. At facili negotio (a) retorquetur à nostris: Ecclesiâ à Paulo Templũ Dei indigitari, quod illius & Johannis ætate cum Apocalypsis scripta est, vera fuit ibi loci Ecclesia. (b) *Ne glorieris* ô Romana Eccle-

(d) Augustin. Ancon. q. 9. Art. 1. p. 72.

(e) Id. q. 9. Art. 4. p. 74.

(f) Jewell. defens. p. 444.

(a) Whitakerus de Antichristo. contr. 4. q. 5. p. 682. b.

(b) Rom. 11, 18.

Eccleſia, (c) *ne effertor animo ſed time.* (c) Ver. 20.
(d) *In te benignitatem Dei videas, ſi* (d) Ver. 21.
permanſeris, alioquin et tu excideris.
Ut propheta Iſajas de Hieroſolymis. (e) Iſai. 1. 21.
(e) *Civitas fidelis quomodo facta eſt meretrix; æquitate repleta fuit, juſtitia morabatur in illâ, at nunc homicidæ,* (f) Id. ib.
(f) Itidem papiſequæ panem Euchariſticum poſt conſecrationem aiunt vocari panem. Secundo, Romana Eccleſia nomen et titulum veræ Dei Eccleſiæ ſibimet arrogat. Tertio, Retinet etiamque reliquias Eccleſiæ quaſdam umbratiles. Quarto, Ut digito demonſtret Apoſtolus non extra Eccleſiam ſic dictam Antichriſtum quærendum eſſe. Quinto, Hæc Romana Eccleſia ſub magni nominis umbra apud Judæos, Turcas, Paganos & Infideles ſub utroque cæli cardine poſitos Eccleſia Chriſtiana Sancta, Catholica, Apoſtolica audit; dum tamen vera Chriſti ſponſa in eremo lati- Hebr. 11.
tans; *Cujus* vel *mundus indignus eſt, in deſertis errat, in montibus*, dumetis, *Speluncis et cavernis terræ*, ſub Antichriſti jugo ejuſque tyrannide in variis Europæ provinciis depreſſa anhelat, ingemeſcit, ſuſpirat, uſque quo Domine?

Sect. III. *Præ se fert quod sit Deus.*

Ab orbis certè incunabulis nullus ordo serieſve Imperatorum, Regum, Pontificum per tractus terrarum (quaquà patent) ampliſſimos, exempto Pontifice Romano, titulos Divinos ſibimet aſcribere & uſurpare auſus eſt. At hoc egit præclarus ille vir ſuique præceſſores ſucceſſoreſque Romani. Juellus, Whitakerus, Rainoldus, Chamierus, Rivetus, Mornæus aliique amplam lectoribus meſſem exhibent. Ego ſpicam unam aut alteram colligam. [*Papa* (*a*) *non eſt homo,*] alibi [(*b*) *Credere aiunt* Dominum Deum noſtrum Papam, *conditorem dictæ decretal. &c. iſtius, ſic non potuiſſe ſtatuere, prout ſtatuit, hæreticum cenſeretur.*] O Quam horrendas evomuêre blaſphemias *adverſus Deum ut* (*a*) *convitiis afficerent nomen ejus* (uti Johannes de hâc dirâ beſtiâ) *et tabernaculum ejus et eos qui in cœlo habitant.* Qui licet à (*b*) Turcis multiplici ſtrage petiti *non reſipuerunt ab operibus manuum ſuarum, ut ne adorarent dæmonia et*

(*a*) Sexti, *l* 1. *Tit.* 7. *fol.* 44. *col.* 1. marg.

(*b*) Extravag. Joh. 22. *Tit.* 14. *c. cum inter*] ad finem gloſſæ ultimæ. Edit. *fol. Par.* 1510.

(*a*) Apoc. 13. 6.

(*b*) Medus in Apoc. 9. ver. 18, 19, 20.

et ſimulacra aurea et argentea et ærea et lapidea et lignea, quæ neq; videre poſſunt nec audire nec ambulare; (c) neq; reſipuerunt ab homicidiis ſuis, neq; à veneficiis ſuis, neq; à ſcortatione ſuâ, neq; à furtis ſuis. Quod ſi olim Eccleſia Africana in Epiſtolâ ad Bonifacium Romanæ urbis Epiſcopum denunciaverit *ſe ejus (d) typhum non* ultrà *paſſuram.* Mirari ſubeſt quid contra hodiernum faſtum decretura eſſet ſi in vivis foret. Cum *(e)* jamdiu *retectus eſt Impius ille, &c. cujus adventus eſt ex efficaciâ Satanæ cum omni potentiâ & ſignis ac prodigiis mendacibus; & cum omni fraude injuſtitiæ in iis qui pereunt, pro eo quod amorem veritatis non receperunt ut ſalvi fierent. Propterea igitur mittet illis Deus efficaciam deceptionis, ut credant mendacio; ut damnentur omnes qui non crediderunt veritati ſed acquieverunt in injuſtitiâ.* O utinam Papicolæ hodie quam miſerrime occæcati, intimis præcordiis apud ſe revolvant, cum primùm ſpecioſo Romanæ infallibilitatis prætextu & mendacio irretiantur, quantam blaſphemiarum ſarcinam ſub neceſſitate ſalutis, imis pectoribus, è juſſu & mandato juris

(c) Ver. 21.

(d) Juſtell. in cod. can. Eccl. Afr. p. 353. edit. 8o. Lutet. 1615.

(e) 2 Theſſ. 2. 8, 9, 10. 11, 12.

canonici (primâ facie tamen inſcii) tandem amplexuri ſint. Cogitent denique oro illud (*f*) Bernardi effatum [*Beſtia illa de Apocalypſi, cui datum eſt os loquens blaſphemias, et bellum gerere cum Sanctis, Petri Cathedram occupat, tanquam leo paratus ad prædam. Altera quoque beſtia juxta vos ſubſibilat, ſicut catulus habitans in abditis; illa ferocior, iſta callidior, pariter convenerunt in unum adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus.*] Unde patet & Bernardo qui in ſæculo tenebricoſo vixit, ſuboluiſſe, quod Antichriſtus etiam Romæ et in Cathedra Petri potuiſſet ſedere.

(*f*) Bernardi Epiſtola 125. *fol.* 205. *a.* edit Par. 1517.

Art. II. *Quod per Beſtiam*, Apoc. 17. 12. *Antichriſtum intelligi oportet.*

Brevitati conſulens more tantum velitario ſuper hâc re congredi velim. Ut ſtimulos quærentibus acuam, ac inſequentia ventilanda magis quam poſitivè concludenda proponam, donec fax veritatis ſplendidius illuxerit: Submonendum eſt imprimis, Quod hæc

hæc Beſtia neutiquàm cudi poteſt in corpus aliquod merè politicum è X. iſtis Regibus compactum. Quippe quod inſulſum foret ſtatuere, illos ſibimetipſis poteſtatem ac robur reſignaſſe, ſed ſubjecto cuidam à ſemet aliquomodo diſtincto ac diſcreto. Per Beſtiam autem hìc loci Antichriſtum intelligi è contextu ſacro edocti ita deinceps contendimus & aſſerimus.

I. Quia X. Reges unanimi conſenſu acti (*a*) *vires ac poteſtatem ſuam* Beſtiæ concedunt. At X. Reges non ità longè poſt exortum, Pontifici Romano cum Clero ſuo ubique gentium Beſtiæ corpus informanti, nullique prætereà unquam robur ſuum conceſſêre. Primatui autem ſedis Pontificiæ Regna ſua quoad ſacra lubentiſſimè ſuppoſuêre, ac regimen religionemque Romanam utriſque, quod aiunt, uſnis amplexati ſunt : imò & poteſtate ſuâ, rejicentes & renuentes, extrema pati coegêre. (*a*) Apoc. 17. 13.

II. Quia hæc Beſtia eſt Rex ille (*b*) Septimo-octavus ſolio Romano inſidens : At Pontifex Romanus ſedet Romæ Septimo-octavus Rex. Omnes (*b*) Apoc. 17. 11.

enim Septem Reges in urbe Româ palatium atque ſedem obtinuiſſe certum eſt. *Quinque ceciderunt, unus eſt* (*c*) Apoc. 17. 10. ((*c*) inquit Apoſtolus) i. e. Imperatorum, qui ætate Johannis Romæ ſummâ rerum potiti ſunt: ὁ ἄλλος ἦπω ἦλθε, *alius nondum venit, & quùm venerit, oportet illum breve tempus durare*, ubi cautè obſervandum eſt hunc Regem ab Apoſtolo *alium* dici, *non Septimum* reverâ, quippe qui idem penè fuerit cum Imperatoribus, religione ſaltèm inflexâ, adeò ut plerique hunc *alium* de Chriſtianis Imperatoribus definiant principatum & etiam Romæ obtinentibus, qui parvo tempore duravêre. Deinde *Beſtia* (*d*) Apoc. 17. 11. (*d*) pergit Apoſtolus) αὐτὸς ὄγδοος ἐστὶ καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, *is octavus eſt & è ſeptem eſt*, i. e. Si connumeremus ſeptimum pauxillo tempore durantem; tum Chriſtiani Imperatoris in ſede curuli à tergo ſequitur Romanus Pontifex Rex ordine octavus per tot luſtra Romæ reſplendens. Cum itaque Chriſtianus Imperator poſt tam breve curriculum extinctus fuerit, atque etiam cum in re civili Imperatores Ethnicos plerumquè in omnibus ſecutus fuerit, niſi

quoad

quoad formam administrationis Imperii per Præfectos prætorio à Constantino magno constitutos, ut è Zosimo haurire est; hinc est quod in numero Regum vix distinctus quis reputandus sit, & saltem umbratili modo quasi Septimus: Atqui cum septem in solidum tantùm Reges sint, Pontifex Romanus quasi octavus seu septimo-octavus, *è septem* fuisse dicitur seu reverà septimus Rex; qui Imperatore Orientali tandem ab exarchatu Ravennæ pulso & Germanico Occidentali posteà penitùs ex Italiâ submoto per spatium annorum in immane protensum in ipsâ urbe Romanâ, ubi omnes 6. priores olim sederant & ipse Rex triplici coronâ insignitus dominatum longè latequè exercuit. Hoc vel Ippis & tonsoribus notum; probare, cederet in temporis dispendium.

Objici autem hic poterit, si hæc Bestia sit Pontifex Romanus cum Clero suo: Quomodo intelligamus licet illud Apostoli; quod *(a) huic Bestiæ insidebat mulier*, i. e. Ecclesia Romana, mystica illa meretrix, in cujus sinu Pontifex cum Clero uti pars præcipua

(a) Apoc. 17. 3.

istius

istius Ecclesiæ & capitalis dulce carpit otium. An Bestia sibimetipsi inequitasse censebitur ?

Resp. Romanũ Pontificem considerari dupliciter. Primò, uti cum Clero suo *per omnes gentes dispersa* influit, regit, gubernat & religione Papali imbuit *universum*, quaquà potuit, *mundum*. Sub hac ratione insignitus Pontifex Romanus (*non exclusâ universâ colluvie in corpus unum bestiale coactâ & spiritu Papali invigorata, cujus capiti infixa sunt decem cornua*) est *Bestia illa*, quæ commate duodecimo unà cum X. regibus consurrexit. Secundò, uti in Italiâ est particularis Romæ Episcopus, habetque Ecclesiam Romanam sibi particularitèr & præ cæteris provinciis magis distinctè et discretivè subjectam: Atque sub hâc ratione perpensus atque unà cum Ecclesiâ particulari suâ fornicatrice unum quid constituens, appellatur à Johanne (*b*) *Regina*, (*c*) *magna meretrix*, (*d*) *mulier coccineæ bestiæ insidens*, i. e. Ecclesiæ Papali cum omnibus sibimet subjectis & in (*e*) variis provinciis hinc inde disseminatæ, eodem spiritu vigoreque latæ, eodem in sacris regimine, eodem jure canonico

(*b*) Apoc. 18. 7.
(*c*) Apoc. 17. 1. & 19. 2.
(*d*) 17. 3.
(*e*) 17. 15.

canonico Pontifici Romano quoad omnia conformi. Alibique tandèm audit (*f*) *Beſtia bicornis*, (*g*) *Pſeudo-propheta*, (*h*) *Babylon illa magna*, & (*i*) *urbs illa magna quæ regnum habet ſuper Reges Terræ*. At ætate Johannis nulla urbs (*k*) ſepticollis præter Romam Regibus Terræ jura dedit. Eodem pene redit communis diſtinctio de Curiâ Romanâ & Eccleſiâ Romanâ, hæc eſt Beſtia prima; illa, Beſtia ſecunda, *cap.* 13. vel uti Cluverius docet, Beſtia prima ſeu decicornis eſt *Romanũ Papale Imperium; ceu Pontificum corporale dominium*; cujus *Papa* caput eſt, ipſius Imperatoris regumque confirmandorum poteſtatem ubi arrogans: ſecunda Beſtia eſt Pontifex in ſpirituali poteſtate. Hinc diſcamus licet quod corpus Beſtiæ ſit Regnum ſeu Imperium Pontificiũ per Occidentem dilatum & expanſum: Huic Beſtiæ cornua X. regia ſuum robur ac poteſtatem concedebant. Ipſe Pontifex autem hujus Beſtiæ eſt caput Septimum: Atque cùm caput ſit totius corporis membrum maximè eximium; ideo uti & Reges Danielici in tribus primis Monarchiis, Beſtiæ dictæ fuerint per

(*f*) 13. 11.
(*g*) 19. 20.
(*h*) 18. 2.
(*i*) 17. 18. & 18. 19.
(*k*) *C.* 17. 9.

Johan. Cluver. Diluc. Apocal. Lubec. 1647. *fol. Tom.* 1. *Tract.* 7. *prop.* 2. *p.* 71. *part* 2. *p.* 112, 129. *p.* 3. & 131.

Bestia prima, *Apoc.* 13. eadem est cum cornu parvulo apud Danielem, uti patet e collatione, *Dan.* 7. 8, 21, 25. cum *Apoc.* 13. 5, 6, 7. At cornu parvulum esse Pontificem plerique concedunt.

per Synechdochen; cum uniuscujusque Bestiæ capita solùm extiterint & potestatis cornu feriebant obvios: ita etiam & hic Antichristus ille magnus civili potestate indutus & armatus hæc Bestia rectè dicitur, quæ unà cum X. regibus consurrexit. At hisce dilatiùs explicandis non sufficit Proæmii ratio.

III. Quoniam hæc est illa Bestia (*a*) *post quam mirabantur Incolæ Terræ.* At Incolæ Terræ quasi lenocinio capti & philtri meretricii haustu furentes nullum unquam tam immani cultu, amore, studio, affectu, præter Pontificem Romanum vigore spirituque integrum corpus Bestiale animantem; ejusdemque Bestiæ cornibus armatum prosecuti sunt. Romæ Imperatoriæ plurimæ gentes licet subditæ: coactæ tamèn, invitæ, ac renuente collo, sub jugum missæ sunt. At hic non vi & armis, non bellicis tormentis, non copiis militaribus; sed calamis, Chartis, Epistolis decretalibus, obliquatâ & inflexâ Sacræ paginæ amussi, aliisque technicis fraudibus, mirisque ingenii magisteriis actum est. Adeò ut huic obsequio flexanimi, sponte

(*a*) Apoc. 13. 3, 17, 8.

ſponte, ultrò, plauſuque comitante ingenti non modo corpora pœnitentialibus flagellis dilaceranda, ſed & animas in integrum regendas lubentiſſimè ſubmiſêre. Hoc autem ex omnibus ævi Pontificii Hiſtoricis ex abundanti liquet, ut vel hic ſupervacaneum ſit moræ frænum calamo ulteriùs injicere.

Art. III. *Quod ſub exortu X. Regum, Romanus Pontifex Primatum ſuper Eccleſiam affectavit & exercuit; aliaque Antichriſti* τεκμήρια *exeruit.*

Nolim hic greſſu nimis ſuſpenſo horas eluere; quippe quod in 6to. Charactere de primatu Papæ ampla meſſis defalcanda eſt: Aliò itaque dimiſſis *Julio, Damaſo, Syricio, Zoſimo, Cæleſtino, Leone*, &c. P. P. Romanis: Quorum priores Primatum enixè ſpirabant, nec penitùs incaſſùm: Poſteriores autem in actu exercito habuêre ratum. Hic autèm de *Innocentio* tantùm quædam proferre in animum duxi, ne ſim faſtidio.

De Primatu.

Cum Formalitas Papiſtæ in recognoſcendo Pontificis Romani primatu conſiſtat: Primò videamus quid in hâc re ſtatuat Innocentius Primus.

Cum Eccleſia Africana Pelagium et Cæleſtium anathematizari oportere cenſuerat, ita *(b)* Innocentium alloquitur [*Hoc itaque geſtum Domine Frater Sancte, Charitati tuæ intimandum duximus, ut ſtatutis noſtræ mediocritatis etiam Apoſtolicæ ſedis adhibeatur* Authoritas] atque iterùm ibidèm [*(c) Error ipſe & Impietas*, &c. Authoritate *Apoſtolicæ ſedis anathematizanda eſt*]. Quibus ita reſpondet Innocentius: *(d)* [Patres, &c. *non humanâ ſed divinâ ſententiâ quicquid de diſjunctis remotiſque provinciis ageretur, non priùs ducerent finiendum, niſi ad hujus ſedis notitiam perveniret*] atque iterùm [*(a) Diligentèr congruè Apoſtolico conſulitis honori, honori inquam illius, quem ſollicitudo omnium Eccleſiarum manet, ſuper anxiis rebus quæ ſit tenenda ſententia, antiquæ ſcilicet regulæ formam ſecuti, quam toto ſemper ab orbe mecum nôſtis eſſe ſervatam.*] In-

(b) Apud Auguſtin. in *Epiſt.* 90.

(c) Id. *Ep.* 90.

(d) Id. *Ep.* 91. Crtab. Concil. *Tom.* 1. *p.* 278. *b.*

(a) Apud Auguſtin. *Ep.* 93.

Innocentius hic noſter (etiam quòd ad Eöas partes) de exilio Johannis Chryſoſtomi cognitum perfectumque habens, improbat ſententiam; ac Clero Conſtantinopolitano, ne alium eligerent, ſcripto (*b*) demandavit. Concilium etiam ſuper hoc negotio cõegit & ſagaci oculo perquiſivit quid agendum eſſet, uti ex (*c*) Epiſtolis ejus apud Sozomenum et Nicephorum Calliſtum patet. Imperatorem poſteà Orientalem Arcadium, Innocentii placitis annuere non ſuſtinentem, (*d*) excommunicavit, ſeu potiùs *ab ejus communione diſceſſit*, uti (*e*) Antoninus Florentinus molliori vocabulo extulit, *i. e.* Eccleſiam Romanam ab ejus ſocietate quod ad Sacra retraxit. Sententiam item Epiſcoporum (*f*) Macedoniæ ſub Orientali Imperatore poſitæ, Bubalium & Taurianum damnantem retractavit.

Imò non ſolum rebus Orientalibus & Africanis pragmaticas ſuas Sanctiones immiſcuit, ſed uti legimus ex libro Pontificali hauſtum (quem primo Damaſus, deinde Anaſtaſius Bibliothecarius compegit) Quod hic Innocentius

(*b*) Otho Friſigenſ. *l.* 4. *c.* 19. *p.* 83.

(*c*) Sozom. hiſt. Eccl. *l.* 8. *c.* 17. Niceph. calliſt. *l.* 13.

(*d*) Niceph. calliſt. *l.* 13. *c.* 34. & Triparut. hiſt. Caſſiodori & Georg. in vita Chryſoſt. Genebrard. Chronol. 80. *p.* 591. Barnæus de Pontif. *p.* 41. & Gutberleth. Chronol. *p.* 273

(*e*) Antonin. Florentin. ſum. hiſtorial. *Tom.* 2. *fol.* 3. *col.* 2. & *f.* 37. *col.* 2. edit. *fol. Baſil.* 1491.

(*f*) Crab. *Tom.* 1. *f.* 271. *b.* & Gratian. cauſ. 35. *q.* 9. *c. quare non oportet*] *f.* 532. *col.* 4.

tius (*g*) *conſtitutum fecit de omni Eccleſiâ.* Imò (*h*) Gennadius Anaſtaſio multò antiquior, in catalogo apud Hieronymum aſſerit quod Scripſit *decretum* Occidentalium & Orientalium Eccleſiarum, ac ſi verò hoc facto illi robur authoritatemque conciliaverit. Hinc itaque non mirandum eſt, quod extra limites Eccleſiaſticos tranſiliens (*i*) Novatianos de quibus potiora ſenſit ſcripſitque Socrates, urbe Româ expulerit.

(*g*) Crab. concil. *Tom.* 1. *p.* 266. *a.*

(*h*) Gennad. apud Hieron.

(*i*) Socr. Eccl. hiſt. *l.* 7. *c* 9.

Quod autem hic Innocentius edicta promulgaverit, in quibus omnibus aliis ſedem Romanam prætulit, teſtantur *Ivo* Carnotenſis Epiſcopus & *Gratianus* decretorum compilator ex antiquis codicibus pleraque deſcribentes. [(*k*) *Nemo judicabit*, aiunt, *primam ſedem; neque enim ab Auguſto*, &c. *judex judicabitur.*] Ejuſdem itidem Innocentii hoc eſt decretum, ut ratio fidei ad Romanam ſedem deferatur. [(*l*) *Quotiens ratio fidei ventilatur, arbitror omnes fratres & cõepiſcopos noſtros nonniſi ad Petrum, i. e. ſui nominis & honoris authoritatem, referri debere, veluti nunc retulit veſtra dilectio,*

(*k*) Ivo panorm. *l.* 4. *f.* 87. *b.* & Gratian. cauſ. 9. *q.* 3. *c. nemo.*

(*l*) Gratian. cauſ. 24. *q.* 1. *c. quotiens*] *f.* 389. *col.* 2.

dilectio, quod per totum mundum posſit Eccleſiis omnibus prodeſſe.] Hoc edictum tranſlatum eſt ex (*a*) Reſcripto Innocentii ad Milevitanum concilium, cujus canones, contra Pelagianos, de conciliis generalibus, de precum formulis, de appellationibus, de virginibus velatis, aliiſque rebus Synodicis, (*b*) confirmaſſe dicitur hic Innocentius.

(*a*) Crab. Concil. *Tom.* 1. *p.* 280. *b.*

(*b*) *Id. f.* 284. *a.* in Epiſt. ad Aurelium et Caranz. Sum. concil. *fol.* 79. *b.*

Denuò ut de aliis ejuſdem ſtatutis ſileamus, in Epiſtola ad Victorinum ſeu Victricium Rothomagenſem Epiſcopum ſic decrevit. [(*c*) *Si majores Cauſæ in medium fuerint devolutæ, ad ſedem Apoſtolicam ſicut Synodus Statuit*, i. e. Nicæna, *& beata conſuetudo exigit, poſt judicium Epiſcopale referantur.*] ſed de his hactenus.

(*c*) Crab. concil. *Tom.* 1. *fol.* 268. *b.* & Gratian. Cauſ. 3. *q.* 7. *c. non licuit. fol.* 213. *col.* 3.

De reliquiis.

Romanus Epiſcopus, &c. inquit (*d*) Hieronymus adverſus Vigilantium, *Super mortuorum hominum ſecundum nos ſpa veneranda, &c. offert domino Sacrificium & tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria.*] Quis autem fuerit ille Romæ Epiſcopus ſub Arcadii Imperium

(*d*) Hieron. adv. vigilant. *Tom.* 2. *p.* 124.

(g) Crab. concil. *Tom.* 1. *p.* 266. *a.*
(h) Gennad. apud Hieron.
(i) Socr. Eccl. hist. *l.* 7. *c* 9.

tius (g) *conſtitutum fecit de omni Eccleſiâ.* Imò (h) Gennadius Anaſtaſius multò antiquior, in catalogo apud Hieronymum aſſerit quod Scripſit *decretum* Occidentalium & Orientalium Eccleſiarum, ac ſi verò hoc facto illi robur authoritatemque conciliaverit. Hinc itaque non mirandum eſt, quod extra limites Eccleſiaſticos tranſilientes (i) Novatianos de quibus potiora ſenſit ſcripſitque Socrates, urbe Roma expulerit.

Quod autem hic Innocentius edicta promulgaverit, in quibus omnibus aliis ſedem Romanam prætulit, teſtantur *Ivo* Carnotenſis Epiſcopus & *Gratianus* decretorum compilator ex antiquis codicibus pleraque deſcribentes. [(k) *Nemo judicabit*, aiunt *primam ſedem; neque enim ab Auguſto* &c. *judex judicabitur.*] Ejuſdem itidem Innocentii hoc eſt decretum, ut ratio fidei ad Romanam ſedem deferatur. [(l) *Quotiens ratio fidei ventilatur, arbitror omnes fratres & cœpiſcopos noſtros nonniſi ad Petrum, i. e ſui nominis & honoris authoritatem, referri debere, veluti nunc retulit veſtra dilectio*

(k) Ivo panorm. *l.* 4. *f.* 87. *b.* & Gratian. cauſ. 9. *q.* 3. *c. nemo.*
(l) Gratian. cauſ. 24. *q.* 1. *c. quotiens*] *f.* 389. *col.* 2.

dilectio, quod per totum mundum posſit Eccleſiis omnibus prodeſſe.] Hoc edictum tranſlatum eſt ex (*a*) Reſcripto Innocentii ad Milevitanum concilium, cujus canones, contra Pelagianos, de conciliis generalibus, de precum formulis, de appellationibus, de virginibus velatis, aliiſque rebus Synodicis, (*b*) confirmaſſe dicitur hic Innocentius.

(*a*) Crab. Concil. *Tom.* 1. *p.* 280. *b.*

(*b*) Id. *f.* 284. *a.* in Epiſt. ad Aurelium et Caranz. Sum. concil. *fol.* 79. *b.*

Denuò ut de aliis ejuſdem ſtatutis ſileamus, in Epiſtola ad Victorinum ſeu Victricium Rothomagenſem Epiſcopum ſic decrevit. [(*c*) *Si majores Cauſæ in medium fuerint devolutæ, ad ſedem Apoſtolicam ſicut Synodus Statuit,* i. e. Nicæna, *& beata conſuetudo exigit, poſt judicium Epiſcopale referantur.*] Sed de his hactenùs.

(*c*) Crab. concil. *Tom.* 1. *fol.* 268. *b.* & Gratian. Cauſ. 3. *q.* 7. *c. non licuit. fol.* 213. *col.* 3.

De reliquiis.

Romanus Epiſcopus, &c. inquit (*d*) Hieronymus adverſus Vigilantium, *Super mortuorum hominum ſecundum nos oſſa veneranda, &c. offert domino Sacrificium & tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria.*] Quis autem fuerit ille Romæ Epiſcopus ſub Arcadii Imperium

(*d*) Hieron. adv. vigilant. *Tom.* 2. *p.* 124.

perium cum Hieronymus hanc invectivam ſcripſit juxta annum 406, Innocentii tunc temporis præſulatus dabit.

At his pejora commemorat Zoſimus (e) *Præfectus* (inquit) *urbis Pompeius quo tutiùs id perageret, quod in votis habebat* (i.e. de cultu Deorum Gentilium) *omnia cum urbis Epiſcopo communicat:* ὧν ὁ Ιννοκέντιος ὁ δὲ τὼ τῆς πόλεως σωτηρίαν ἔμπροσθεν τῆς οἰκείας ποιησάμενος δόξης, λάθρα ἐφῆκεν αὐτοῖς ποιεῖν, ἅπερ ἴσασιν *Is erat Innocentius, qui quidem opinioni ſuæ ſalutem urbis anteponens, clam permiſit eis ut facerent quæcunque ſcirent.* Sed pergo.

(e) Zoſim hiſt. l. 5. p. 816. Edit. fol Francof. 1590.

De Miraculis.

Sub Innocentio primo etiam de miraculis ut in hâc ætate plurima hæc protulit (f) Compilationis Chronologicæ author, [*Anno* 405. *Leopardus Presbyter* (de quo in conciliis ſub Innocentio alia legimus) *annulum aureum S. Agneti cum offertorio reddidit: extendens digitum ſuſcepit annulum & eum adhuc tenet imago ejus.*

(f) Compil. Chron. in Tom. cum Mariano, p. 718. Edit. Francof.

De abstinentiâ à cibis.

Innocentius I. constituit (*a*) *jejunium in Sabbato*, i. e. feriâ septimâ, *celebrari, quia in tali die Dominus in sepulchro jacuit*: additq; insuper (*b*) Platina, *& quia ejus discipuli jejunâssent.*

(*a*) Marianus Scotus, *p.* 409. & Sigibertus, *p.* 488. Edit. Francof. et Caranz. concil. *p.* 74. *a.*
(*b*) Platin. *pag.* 57. *a.*

De Prohibitione nuptiarum.

Innocentius I. Exuperio Toletano Archiepiscopo scribens de presbyteris et diaconis, inter multa hæc statuit, [(*c*) *Siqui autem scisse formam vivendi missam à Syricio deteguntur, neque statim cupiditatem libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi.*] Quod incontinentiam illam de legitimi thori connubio intelligat, patet ex Sacerdotis apud Judæos vices in Templo obeuntis continentiâ in exemplum prolatâ. At apertiùs iterùm in Rescripto Victorino Rothomagensi episcopo [(*d*) *Tenere debet Ecclesia, ut omni modo Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus suis non misceantur, quia ministerii divini quotidianis necessitatibus occupantur*, &c.

(*c*) Gratian. dist. 82. *c. proposuisti, f.* 114. *col.* 1. & dist. 31. *c. eos*] *fol.* 44. *col.* 1.

(*d*) Gratian. dist. 31. *c. Tenere, fol.* 43. *col.* 4.

De Monachis etiam regulas quas-
(e) Platin. *fol.* 57. *a.* dam tuliſſe, ſcripſit *(e)* Platina.

Ut tandem greſſum corripiam. Hic Innocentius cæpit Cathedram Petri conſcendere Anno Chriſti 402. uti Proſper è Conſulibus Arcadio et Honorio quintò nobis exhibuit: exceſſit autem e vivis, *A. C.* 416, quod ex illo per conſules etiam aſſignatos patet. Ideoque eodem ævo vixit quo & X. Reges Romanum Imperium contrivêre; atque talia perpetravit, quæ Antichriſtianiſmi halitum redoluere. Quod erat demonſtrandum.

Quod autem hic Innocentius aliiq; præcedentes atque ſubſequentes Pontifices hinc inde petiti ac laceſſiti fuerint, alibi diſcutiendum reſtat. Sufficit, Si in hoc ævo ſub X. Regum Exortũ Pontifices Romani faſces Antichriſti ſibimet præferri curaverint, Primatum cæteraq; Indicia à Chriſto deficientis Eccleſiæ in actibus publicis exhibuerint; & de facto exercuerint.

Non quod hoc duplex Innocentii Pontificantis Septennium, vel annum aliquem illius Præſulis intermedium ſtatuerim eſſe χριτικὸν Antichriſti exordium. Nam ut alibi diximus omnes

characteres in quodam temporis circuitu & latitudine quoad tum exordium tum exitum exponendos esse conjecimus; licet non diffiteamur plurima Antichristi Indicia in hunc Innocentium mirè quadrasse.

Art. IV. *Quod Dies 1260, per quorum seriem Antichristi regnum protrahitur, sint totidem anni solares.*

Prophetas à Deo edoctos & à Spiritu Sancto sub veteri instrumento olim impulsos, comminationes iræ Divinæ vel promissiones Evangelicas non solùm quoad subjectam materiam sub variis typis ac Symbolis plerumq; obscuris, tropis atque metaphoris exhibuisse constat; verùm etiam, cum tempus complendæ prophetiæ simul annotaverint, non semper aperto sermone, neq; vulgaribus annis, mensibus, diebus diebus-ve expansis exitum prophetiæ designarunt. Numeris namque propheticis seu mysticis vaticiniorum decursum atq; periodum sæpiùs obvelarunt. In sacro codice *(a) de mensibus dierum* & *de (b) annis dierum* legimus, indicio saltem quod etiam in Scriptu-

(a) 2 King. 15. 13.
(b) 1 Sam. 27. 7. Jer. 28. 3. Dan. 10. 2.

ris de menſibus & annis alterius cujuſdam generis injiciatur mentio. Imo in pacto Jacobi cum Labane (*c*) *Septimanam* Rachelis complendam ſtatuit avunculus, i. e. totidem annos ſervitutis exacturum. In viſione (*d*) Ezechielis, propheta ſiniſtro lateri incumbere per dies 390. à Domino ex imperatis hauſit et tandem dextro lateri diebus 40. per utrumque computum tot annos ſignificari ipſe Dominus innuit. Non deſunt etiam qui 40. dies prophetæ Jonæ, licet ob pœnitentiam ab Incolis actam ultra 40. dies naturales pacem longè protelatam probè ſciverint; tamen ruinam Ninivitarum urbis atque Imperii Aſſyriorum in Sardanapalo juxta (*e*) 40. dies annorum ab ipſa prophetia completos peractam iri forſan haud erranti calamo recoluerint. Quæ conjectura penitiori examini præbet anſam.

(*c*) Gen. 29. 27, 28.

(*d*) Ezech. 4. 5, 6.

(*e*) Jon. 3. 4.

Nec ſilentio obruendum cenſeo textum ſacrum in Pentateucho de exploratoribus terræ Canaaniticæ. Quod Deus murmurantibus Iſraelitis denunciaverit (*f*) *Secundum numerum dierum (quorum decurſu terram exploraverint, quadraginta ſcilicet, unoquoque die*

(*f*) Num. 14. 34.

die in annum computato) inquitatis ſuæ pœnam luituros, quadraginta ſc. annis.

Nec abſegandum eſt è calculo Salvatoris noſtri edictum Herodi renunciandum [*(g) Sanationes hodie peragam, & cras, & tertiâ die conſummabor.*] Annon intra corticem harum vocum de annis ſacri illius miniſterii myſticũ quid deliteſcat, ut perpendatur ſaltèm, fortè non eſt incongruum. (g) Luc. 13. 32.

At palmaris iſte locus prophetiæ Danielicæ de LX. hebdomadibus (ab illo ſæculo uſq; ad unctionem Meſſiæ, die pro anno computato) in annos 490. dinumeratis, anxiè diſquirentibus, omnem penitùs ſcrupulum eximit. Quippe quod totidem annis emenſis & evolutis non ſolum ad amuſſim in tabernaculo carnis ἐσκλώσας immaculatus Dei Agnus tollens peccata mundi, ſed et in altari crucis ſacrificium Deo gratiſſimum, miſerrimoque generi humano ſalutiferum, ſemet obtuſit; uti optimè comprobavit eventus. 70. hebdomad. 7. dies. 490. dies. (a) Dan. 9. 24.

Hiſce fulcitus ad dies noſtros Apocalypticos tandem ut deſcendam atq; quod totidem annos deſignent, probabili ſaltem argumento evincam.

Primò, Sacra Scriptura de his iisdem rebus alibi tractans, diebus propheticis utitur atque unà comparat *cum* (*b*) *tempore temporibus et dimidio temporis*; uti apud Danielem legitur. *De* (*c*) *temporibus annorum* in eodem Sacro codice audire licet, necnon (*d*) alibi. Tempus itaque propheticum seu annum è duodecim mensibus solaribus conflatum, si per triginta dies unicuiq; mensi ascriptos pro more Chaldæorum ducamus, emergunt trecenti ac Sexaginta dies unicuique anno assignandi. Atque si trecentos hosce & Sexaginta dies, tribus vicibus cum dimidio in unum compingamus cumulum; Exurgunt mille ducenti ac Sexaginta dies, seu 42. menses prophetici. Quibus numeris Johannes calamum suum propheticum sæpius assuevit. Atque hinc constat, si Dies Danielici pro totidem annis sumendi fuerint, nihilò secius de 1260. diebus Johannis nobis cogitandum esse; cum de eodem Regno Bestiali suppari computo utercq; propheta rem peregerit. At Dies Danielicos de totidem annis exponendos esse Demonstrat propheta; Quoniam Bestiam illam quartam usque

(*b*) Dan. 7.25. & 12. 7. Rev. 12. 14.
(*c*) Dan. 11. 13.
(*d*) Dan. 4.16, 23, 25, 32. 1 Chron. 29. 30.

30
12

360
360
360
180

1260 (42.
30.

usque (*e*) in adventum filii hominis duraturam prænunciat. Cum itaq; hæc Bestia per multas retrò Centurias dominium longè latequè exercuerit, atque usque ad Imperialem Christi ad ventum duratura sit; necesse est, ut isti dies durationis Bestiæ non de naturalibus sed de propheticis, i. e. totidem annis interpretandi sint. (*e*) Dan. 7.11, 13,21,22,26.

Secundò, Tanta tamque insignia facinora, quæ Bestiæ perpetranda consignantur in 1260. diebus naturalibus effectum sortiri nullatenus poterint, uti primo (*a*) *Eradicatio 3 cornuum*, i.e. regnorum: Secundo (*b*) *potestas in omnem tribum*, linguam, ac gentem (hìc etenim quoad decursum annorum de Bestiâ in statu complexo loquimur): Tertio, (*c*) *Imaginis Bestiæ confectio*, atque ejusdem animatio & cultûs conciliatio; omnibus, parvo sive magno, diviti seu inopi, libero seu servo, impressa coactio ut characterem fronti vel manui inurendum curent: Quarto, (*d*) *Receptio potestatis ac virium à X. regibus*: Quinto, (*e*) *Intoxicatio gentium* omnium: Sexto, (*f*) *Reatus Sanguinis* prophetarum et Sanctorum & *omnium* qui mactati sunt in terra, (*a*) Dan. 7.8, 24. (*b*) Apoc. 13.7. (*c*) Cap. 13. 14, 15. (*d*) C. 17. 13. (*e*) C. 18 3,23. (*f*) C. 18.24.

terrâ, in illâ repertus. Denique Cardinalia iſta flagitia tempori mortis Teſtium aſſignata, ((g) *cùm populi tribus, linguæ, gentes, illorum cadavera ſunt viſuræ, &c. cùm incolæ Terræ exultabundi munera ad invicem miſſuri ſint,*) neutiquam patiuntur per tres ſolum dies naturales cum dimidio hæc poſſe fieri. At hi dies 3 et ½ ſunt fractio minuta ex integro nũero 1260 decta.

(g) C. 11. 9.

Tertiò, Quum prophetiæ ab eventu clariſſimè innoteſcunt: Doctiſſ. (*h*) Medus de LXX. hebdomadibus Danielis per annos explicandis ab eventu ratiocinetur: Quidni & hæc Beſtia Pontificia per tot centena luſtra dominium nacta, hiſce diebus illuſtrandis facem non illucidam præferat.

(*h*) Medus in Apoc. *p.* 249. Angl.

Quartò, Per Beſtiam etiam Pontificii fatentur deſignari Romanum Imperium (imò & nos, non autem Cæſareanum, quin ſub capite ſeptimo.) At illius duratio tantilli temporis ac 1260. dierum naturalium eſſe non ſuſtinet, niſi duratione ejuſdem Imperii per tot ætates ex hac prophetiâ excluſâ, diverſam ipſius ſpeciem in extremis mundi per 3 annos ſolos & ½ duraturam incongruè ſatis excogitaveris.

Quintò,

Quintò, Inconcinnum Sanè apparet tam ſplendidam prophetiam (tot Synchroniſmis ſtabilitam, tot Angelorum præconio ac tubicinio ſonoram, tanto tamque amæno Rhetoricantium troporum prato exornatam) ob res ſolum trium annorum cum ½ geſtas, inſtructam & Eccleſiæ amandatam iri.

Sextò, Hanc Apocalypſin de rebus Eccleſiæ *(a) Propè* vel citò eventuris, i. e. citò auſpicaturis tractâſſe ſcribit Apoſtolus. At jàm 1600. penè anni à Johannis exilio effluxêre. Quod ſi illuſtrior prophetiæ portio de Beſtiâ per 3 annos & ½ duraturâ ſub finem ſæculi reſtat tandem aliquandò implenda: Quid cenſendum eſt de vaſtâ atque hiulcâ annorum intercapedine inter Cæſareanum Romæ Imperium (*Apocal.* capite XII°.) conciſum, atque hodiernum diem? Quaſnam quæſo prophetiæ partes huic intervallo aſſignabimus? niſi Beſtialis regni decurſum textui ſacro (ut in præfatis accepimus) apprimè congruum & poſt demolitum Cæſareanum Imperium durantem per 1260. annos, jam (uti ſubmiſſè cenſendum eſt) penè emenſos. At de his hactenus.

(a) Apoc. 1. 3.

Quàm

Quàm peroremus autem, ratio priùs reddenda ſupereſt, cur quædam è X. Regnis ad plurimas poſt exortum meſſes; præſertim Francicum ad *Carolum* uſq; Magnum deduxerimus? Hoc ſc. in re fuit; quippè quod in *Carolo* Imperium aliquale per Occidentis tractus erectum fuerit. Imò & vulnus Beſtiæ inflictum, hoc pacto cicatrizatum fuiſſe nonnulli non e plebe corraſi ſtatuant. Ut ut ſit! ex hoc charactere palam eſt Antichriſti dominium (ita enim ſpe conceptâ, precibuſq; fuſis ſuſpiramus) non diu ſuperfuturum. Imò nec deſunt inſuper alii Characteres è Sacrâ paginâ petendi; uti *ſubverſio Romani Imperii*, *Introitus mulieris in eremum*, *Apoſtaſia à fide*, *urbs ſancta à Gentibus conculcata* ſeu Abominatio Deſolationis in loco Sancto (ubi non decuit) poſita; & tandem, *Primatus Papæ*. Quibus omnibus veluti tot columnis aureis innixi, atque in ſpecula quaſi conſtituti, exitum Antichriſti præcipitem mutuò congratulemur. Non diffitendum eſt fideles cujuſq; ævi admodum promptos, paratos eſſe ac in ſpem pronos de prophetiarum eventu ac complemento

ſub

ſub ætate propriâ conſignãdo ardenter cogitaſſe. Populus etenim Dei votis indulgens, tantæ tyrãnidis exitũ flagrantiſſimè expetiit; ut Dagon coram arcâ Domini in faciem procumberet. Probè novi quoſdam ſed temerario niſu annum aſſignaſſe 1621, alios 1639. alios 1655, 1656, 1666. alios denique 1689, 1866, 2005, &c. Particulari autem anno miſſo: Quæcunq; in ſequentibus digeſſimus; non dictandi aut determinandi ſed ventilandi & expendendi gratia in medium protulimus. Protinus enim indigni ſumus qui Sacra Biblia vel legamus, multoque magis in tanta ut introſpiciamus myſteria. Quod ſi conjecturis noſtris (dignius enim vocabulum hiſce arrogari non ſuſtinemus) inhæſerit error; In tantis tamq; arduis ſaltem voluiſſe ſat eſt; ut Eccleſiæ ſuccumbenti (quoquo potuimus pacto) erigamus animos, ut ſolamini ingemiſcentis ſponſæ pro modulo noſtro conſulamus, ut aliorum magis acutum excitemus ſtylum: noſtra interim limatiori piorum penſitationi ſubjicimus, atque ut ſerenâ & à rugis explicatâ fronte dignentur excipere, ſubmiſſè petimus.

Quo-

Quoniam verò multi præclari ac emunctæ naris viri in retectione Antichristi provinciâ splendidè exornaverint; hic à nomine saltem salutandi occurrunt. Præsertim ob supremam dignitatem ac Majestatis apicẽ Potentissimus paritèr ac doctissimus Monarcha noster (*a*) *JACOBUS*; multi præterea vel docti Præsules, *Jewellus*, sc. *Abbatus*, *Downamus*, *Andrewsius*, *Hallus*, *Prideauxius*, *Cowperus*, *Ussheriusque* Britanniarum ornamenta; præter alios inferioris subsellii nostrates, Whitakerum, Rainoldum, Beardum, Medum, &c. dimisso extraneorum ingenti numero cum universâ Sanctorum in omni sæculo congerie, atque Evangelicorum Ecclesiis & pastoribus per universam Europam hinc inde dispersis; qui hunc Antichristum nigro carbone notârunt. Pium Lectorem hisce, ut curatissimis illorum laboribus invigilet, remittendum velim.

(*a*) Regis Jacobi opera Anglice, *p.* 56. & 323, &c. Edit. *fol.* Londin. 1616.

Quid supereſt, quin elatis manibus, poplite flexo, cordibus pïo ardore incensis, Deum nostrum ac patrem Domini nostri Jesu Christi obnixè precemur; uti *Elizabetha* celsissima Regina nostra, atque omnes deinceps

in hoc Auguſtiſsimo Britanniæ ſolio Reges noſtri ſereniſſimi à Deo conſtituti hùcuſque perfecêre; uti Reges Sueciæ, Daniæ ac Norvegiæ, multique Principes ac proceres Germaniæ, jam diu meretricem ſepticollem odio inexorabili proſecuti ſunt; ut tandem etiam cæteri Europæ Reges, Ordines & populi, *illam ſolitariam ac nudam ponant, & carnes ejus comedant, & ipſam igne exurant.* Quod ſiqui piorum in tentoriis Babylonis degant, vocem illam è cælis audiant velim. *Exi ex illa populo mi, ne participes ſitis peccatorum ejus & ex plagis ejus accipiatis.* Noſmet interim omni pacto huic operi unicè accingamus, ut precibus incumbentes, fide, patientia, manſuetudine et miſericordiarum viſceribus & ſanctitate induti, veſtimenta noſtra à labe, ſpurcitie et inquinamentis Scorti libera ac impolluta caſtè conſervemus: Ut digni efficiamur (dignatione ſc. divinâ atque Evangelica nobis conceſſa) qui Jubilæos Dies Filii hominis videamus ac novi Templi encæniis interſimus: ut Deus ex abundanti beneplacito eximium illud donum nobis gratioſè admodum impertiat,

Apoc. 17. 16.

Apoc. 18. 4.

tiat, ut tandem nobis ſuperveniat exoptatiſſimum illud Antichriſti excidium. Cujus jùgo cervicibus Excuſſo, (quandocunq; tandem ex infinitâ Dei ſapientiâ contigerit); *ferventiùs exoremus ut manui hoſtium noſtrorũ erepti Domino ſine metu inſerviamus, in Sanctitate & juſtitiâ præ conſpectu illius omnibus diebus vitæ noſtræ.* Ut unà cum choro cæleſti ὁμνίκιον illud ſuper citharis cordium votivos digitos ad invicem repercutientes, unà concinamus. *Gratias agimus tibi Domine Deus Omnipotens, Qui es, qui eras, & qui venturus es, quoniam aſſiampſiſti poteſtatem tuam magnam & Regnum inivifti.*

Luc. 1. 74 75.

Anti

Graviora Errata ſic corrigat æquus Lector.

PAg. 10. Lin. 9. Lege Bonifacii.] p. 51. l. 17. l. 410.] p. 79. l. *penult*, l primas.] p. 82. l. 3. exciti, &.] p. 84. l. 6. *p* 040 *lege* anno.] p. 89. l. 28. l. claù.] p. 103. l. 29 l. licet.] p. 110. l. 25. l. fuiſſ. crederem itaq;] p. 111. l. 12. l. Ubicum.] p. 113. l. 13. l. moviſſe.] p. 117. l. 2. l. Uſipii.] p. 126. l. 4. l. potitus.] p. 164. l. 20. l. è vulnere.] p. 164. l. 22. l. Cele ſi 100 paſſibus ab urbe Pariſiorum diſtita, atq; ſepultus eſt in æde.] p. 166. l. tumulo.] p. 170 l. 6. *rnum* l. manum.] p. 181. l. 16. l. a qui.] p. 187 l. 6. l. ſubindicaverim.] p. 187. l. 21. l. Aquilone.] p. 192. l. 19. l. Bonifacii.]

In Præfatione.

P. 1. l. 11. pectori.) p. 5. l. 25. probatæ) p. 6. l. 10. metaphoricis.) p. 11. l. 20. periti.) p. 11. l. 26. illius hiſtoriæ.) p. 15. l. 3. Regum.) p. 17 l. 13. l. reſcindens.) p. 26. l. 20. l. æqui.) p. 31. l. 3. l. cognitam perſpectamque.)

Place this at the End of the Preface.

Antichriſti Excidium.

COnvenit inter (a) omnes Eccleſiæ Evangelicæ fautores Pontificem Romanum ſucceſsivè ſumptum ipſiſſimum eſſe Antichriſtum, ejuſq; tyrannidem in 1260 dies propheticos (id eſt annos) eò uſq; concedente deo, prorogandam. Periodus autem ſeu exitus regiminis hujuſce cruenti pariter ac diuturni, hactenus in obſcuro delituit: Quippe quòd Epocha ſeu radix emergentis Antichriſti (undè prædicti ſupputentur anni) ad ſacræ paginæ libellam nondum ſit luculenter tradita. Facili enim calculo exitum Tyranni conſignemus, ſi modò caput annorum ad proprium temporis articulum curatiùs annectamus. Exorientis itaq; hora (à Johanne ſic dicta) quò clarius tandem innotcſcat; ſex Characteres è ſacro codice petitos, in

(a) Chamier. Panſtrat. Tom. 2. lib. 16. c. 1. &c. Prideaux Lect. p. 61. Downamus. Powelus. Whitakerus. Rainoldus, &c.

hoc præ manibus tractatulo elucidare conabimur.

1. Character.

Decem Reges unâ eademq; horâ cum bestiâ exurgentes. Apoc. 17. 12.

CHaracterem primum & præcipuum Johannes in Apocalypseos capitis decimi septimi commate duodecimo hisce vocibus expedit.

Καὶ δέκα κέρατα, ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσὶ, οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου.]

Unde constat bestiam in illo temporis articulo exorituram, cùm & decem reges (Johannis ætate nondum evecti) potestatem regnandi susciperent, imo insuper & bestiam & decem reges unâ eâdemq; horâ emersuros; huc etiam accedit calamus Danielis Propheticus de cornu parvulo inter illa decem succrescente. Licet enim Juniana versio statuat post cœtera exoriri, non desunt tamen qui præpositionem אַחֲרֵיהֶן in tmemate 24 per [*pone*] reddant. Chaldaica versione & 70 interpretum

Dan. 7. 24. Med. Apostas. p. 74.

pretum ὀπίσω legentium authoritate fulti. Hanc interpretationem veram esse *Johannes* hìc loci probare videtur, dum asserit bestiam unà cum decem regibus exeruisse caput. Siquis itaq; expetat horam bestiæ natalem in calculos redigere, curandum est ut è probatioribus Historicorum scriniis, Barbarorum copias irrumpentes in imperium, vivis depingat coloribus: et cujusq; regni per varias Romanorum regiones exorientis annum stylo veraci consignet. Quoad numerum regum denarium non censendum est hanc limitationem adeò strictìm accipi, ac si per integrum Dynastiæ bestialis decursum, nunquam plura regna vel pauciora decem principatum obtinuerint. Sufficit enim, si vel à primordiis dilacerati imperii decem saltèm extiterint, utcunq; denuò fluctuet ille numerus, modò denarius plerumq; permanserit: At ne in hac arena plus æquo laboret calamus, ex *Augustino* sub Imperii jam procumbentis ævo senescente hausimus S. Spiritus Amanuensem numerum denarii rotundum in sacris literis protulisse: quod ab ipso exortu reges plus minùs decem

De Civit. Dei. l. 20. c. 23. & alibi si bene memini.

Gen. 31. 7. Numb. 14. 22. Bellarminus de Pont. Rom. l. 3. c. 8.

per universam 1260 annorum seriem semper futuri sint.

Ubinam verò gentium, decem hi reges sint quærendi, ipse rerum eventus nobis commodè satis exposuit: A seculo etenim *Johannis*, si regnorum fastos, rationaria & notitias ad ætatem usq; nostram digestas evolvamus; præter hos Europæos reges in fatiscentis imperii sedem suffectos, eâdemq; penè horâ seu tempestate, numero juxta decem simul exortos, in nullo totius orbis terrarum tractu, in nullis Scriptorum membranis ullatenus reperire possumus. De his decem autem pauxillo temporis decursu unà coortis è pluribus probatæ fidei authoribus, propè coævis, certò constat. Accedit etiam huc aliud Evangelici Prophetæ de decem hisce regibus insigne τεκμήριον, digito quasi commonstrantis, non alienos esse ab Europæis infra latius depictis. Quippe quod cum regibus hisce bestia illa bicornis unà eruperit, novus sc. Romæ Pontifex maximus (Paganismo jam sub Theodosio penitus deleto) in *Italiæ* sinu, regionis per totam Europam amæniss imæ, delitescens, & inter hæc cornua subitò emergens. At

At de Græco ſeu Orientali Imperio quibuſdam hæret aqua, annon Conſtantinopoleos Imperator unum è decem cornibus audiat. Hìc itaq; filo aliquantiſper producto, prolixius immorandum duximus, quò commodiùs Orientale Imperium è numero decem cornuum eximendum eſſe evincamus: Sententiam autem noſtram his rationibus ſuffultam æquâ lance trutinandam exhibemus.

1. Quartum imperium ſeu Romanum ſub imagine ſepticipitis beſtiæ in viſionibus Apocalypticis ſæpiùs exhibetur. Durante autem Sexti Capitis poteſtate per prima quatuor poſt Chriſtum ſæcula Draconis ſpeciem præ ſe tulit: In ſequentibus luſtris Leopardi ſpeciem in ſeptimi capitis ſplendore valdè conſpicuam, & per annos 1260 duraturam, Johanni ſemet exhibuit: At ſeptimum hoc & ultimum Romani Imperii caput, decem cornibus coronatis inſignitum legimus. Per decem illa cornua totidem reges Apocalyptici deſignantur, qui religione Pontificiâ imbuti, & ſpiritu vigoreq; Papalis influxûs in unum quaſi coaleſcunt, & cum Pontifice pari-

Apoc. 12. 3.

Apoc. 13. 2, 5.

Apoc. 17. 12.

Apoc. 17. 10, 12. ter Romano ſeptimum illud beſtiæ caput conſtituunt. De quo fuſiùs Charactere Secundo.

Caput autem hoc ſeptimum decicorne coronatum è latebris non priùs emergit, quàm ſextum læthaliter percuſſum & vulneratum decidiſſet. Apoc. 13. 3. Quod ſi verò horrendum illud Draconicum è Cæſaribus conſtitutum & Johannis ævo longè latèq; imperitans, caput ſextum fuerit; (nam quinq; ceciderant, & unum eſt, Imperatorum Apoc. 17. 10. ſcilicet, inquit Propheta) ſequitur inde Græcum inter 10 cornua non poſſe cenſeri: quoniam dimidia pars fuit ſexti capitis à Conſtantino bipartiti, atq; à Gothis aut aliis Barbaris plerumq; illæſa & intacta manſit, ideóq; nec in locum vulnerati capitis aſſurrexit; quod de decem cornibus eſt conſpicuum. At Roma Occidentalis Imperii ſedes atq; Metropolis, unà cum Provinciis ſibimet ſubjectis, miſerandam ſanè à Barbaris & internecivam ſtragem paſſa eſt: unde patet hoc vulnus Occidentali Imperio fuiſſe inflictum. Græcum autem ſive Orientale non niſi leviter à Barbaris in Occaſum tendentibus pulſum, cum ante, tum poſt

post exortos decem illos in Europâ reges, per multa duravit sæcula usq; ad excidium à Turcis illatum.

Hinc constat decem reges, caput constituentes septimum, in locum sexti capitis obtruncati in regionibus Occidentalis Imperii suffectos, ibiq; quærendos esse. Græcum enim ante hoc vulnus gladio impactum sedem Byzantinam accepisse uno ore testantur omnes, proindeq; inter decem reges (qui è ruderibus Occidentalis Dominii emersêre) neutiquam esse censendum. Apoc. 12. 14.

2. Astruit Johannes decem Reges potestatem unâ eâdemq; horâ assumpsisse cum bestiâ. At Græcum Imperium per centum plus minus annos ante exortum bestiæ regale obtinuisse fastigium è probatis Scriptoribus constat; ideoq; inter decem illa cornua non pullulasse. Apoc. 17. 12.

3. Omnes decem reges potestatem suam & robur bestiæ concessuros tradit Apostolus, at Græcum Imperium Romano Pontifici plerumq; restitit, Ecclesiam Latinam tandem sprevit, plurimisq; dogmatum articulis à Romanorum apostasiâ recessit. Apoc. 17. 13.

4. Si Græcum Imperium inter decem cornua connumerandum fuiſſet, tum utiq; in annos 1260 duraſſet? nam caput illud beſtiæ ſeptimum decicorne per 42 menſes (id eſt propheticos) ſeu 1260 dies (id eſt annos) permanſurum aſſerit Apoſtolus: at Græcum Imperium, ſi ab ipſis Conſtantinopoleos encæniis aduſq; captam a Turcis urbem liberaliùs inſtituamus calculum annis ſolum 1123. duraſſe vidimus: anno enim Chriſti 330 urbem encæniis ſacratam legimus, atque anno demum 1453. à Muhammede expugnatam.

Apoc. 13, 5.

1453
330
1123

Petav. doct. Temp. l. 11. f. 42.

5. Decem cornua Meretricem Babylonicam conficient, ejuſq; carnem flammis comburendam tradent; at etiam hodiè meretrix illa coccinea colentium oculos miro ſplendore percellit, cum de Græco Imperio per annos jam ducentos conclamatum ſit. Non poteſt itaque (cum è vivis exiit) ad meretricis exitum conferre vires, ideoq; nec inter decem cornua computandum.

Apoc. 17, 16.

Patet itaque decem reges è ſtrage occidentalis Imperii elevâſſe cornua, & in illis Europæ tractibus intra Rhenum

ple-

plerumque Danubiúmq; concluſis obtinuiſſe ſedes. Hiſce enim limitibus (quod ad Europam ſpectat) connumeratis etiam Britanniis & Germaniæ aliquot Regionibus ſubjugum miſſis Theodoſius fato fungens Honoriaci ſceptri jura circumſcripſit: Cætera Europæ (quæ in Imperii notitiâ a Pancirollo illuſtratâ Orienti connexa cernimus) Arcadium olim ejuſdemque poſteros per longam annorum ſeriem retinuiſſe conſtat, donec rabies tandem Ottomanica ſolium Græcorum exciderat.

Haſce regiones undique patentes Turcarum Imperator præfectis militaribus ſubjecit: nec tamen per multos retrò Annos Orientalis hic Antichriſtus ultra limites Arcadiani regiminis Occaſum verſus Imperium longiùs proferre potuit; forſan nec valebit (renuente hactenus Dei conſilio) ulteriùs progredi. Quod ſi Turcis conceſſum fuerit, inſultu bellico aliquas Occidentis provincias laceſſere, ſuſpicor haud diu ab illis retentas fore; ſed hoc beneplacito ſupremi Numinis remittendum.

Procop. Edit. Grot. p. 4.

Quod ad Affricam ſpectat, in partitione Imperii Honorius plagam ejus occidentalem duntaxat ad provinciam uſque Tripolitanam in jus ſuum recepit; hanc autem provinciam Gildo comes ſtatim poſt Theodoſii funera Tyrannidem ſpirans ad proprios faſces ſceleſto admodum conſilio revocavit: Eadem poſtea per Bonefacij nefas à Valentiniano revulſa eſt, et demum à Genſerico Vandalorum rege penitus infeſſa. Tandem ultimò regiones illas Turcarum furor invaſit & plerumque retinuit, adeò ut quicquid Affricæ antiquo Romanorum Imperio Subjectum, Occidentali ſceptro, aut partitionis jure, aut bello ſtatim parricidiali conflato, ereptum fuit & in ditionem Muhammedanorum denuò penitus conceſſit. Quapropter decem regum ſceptra nec in Oriente, nec in Affricâ quærenda ſtatuamus. Proinde neque Herulorum, Sclavorum, Antarum, Rugiorum, Thuringorum, Carnorum, Friſiorum, Bulgarium, Varnorumve gentes (de quibus in lanienâ Imperii frequẽs mentio) ad decem regum ſcrutinium minime ſpectant. Quoniam vel extra Danubiũ in margine Imperii ad Boreã,

Boreã, vel ultra Rhenum ad Circium, vel ſupra Pannonios ad ortum poſitæ fuerint, imò omnes Boreales Europæ partes Romanorum Aquilis partim incognitas, partìm ob hiſpidam glebam ſpretas, ab examine penitus excludendas cenſeo. Atque hinc etiam patet Scotorum Aquilonalium præſertìm ultra murum Dunbritannicum ſub Antonino Pio erectum, atque Hybernorum gentes; Daniæ inſuper, Norvegiæ, Sueciæque regna, utpote extra limites Occidentalis Imperii poſita inter decem cornua nullatenus eſſe putanda: nec ad ſedem Antichriſti aut πλατείαν magnæ orbis (ubi teſticidium futurum eſt) propriè ſpectare. Quod ſi cum meretrice Sanguinariâ ſemet non polluiſſent, aut de poculo fornicationis aureo liberiùs hauſiſſent, tutũ forſitan ſanctis exhibuiſſent refugium. At jam per effuſionem phialarum iræ Dei ferventium, neceſſe eſt ac cæteræ gentes ſcortatione dirâ ſpurcidæ, ut æque contremiſcant.

Capitol. in Ant. *pag.* 52. Edit. *Lug.* B.

Apoc. 17. 2. & 14. 8, 10.

Accingamus noſmet denuò huic muneri, ut 10. Europæorum regum exortum è probatiſſimæ fidei Authoribus eruamus, ut exinde penitiùs cognoſcamus

mus (si modò deus cæptis annuat) quo tempore exitium Antichristi ad solamen plausumque Ecclesiæ sit eventurum. Nam quæ antè scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per tolerantiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Quò durior autem incumbit nobis provincia, ob deplorandam sanè ingruente Barbaro Scriptorum penuriam, vel ob naufragas librorum tabulas per interneciva prælia, urbiúmq; cum expilationes horrendas tum dira incendia; eò majori cautelâ delectuq; invigilandum esse decrevimus. Deum denique ipsum veritatis fontem obnixè humilliméque precamur, ut recto Historiarum tramite nos deducere, & benigno spiritus Sancti afflamine conatibus nostris aspirare dignetur.

Rom. 15. 4.

Velserus in vindelicis. Schudus. *Guillimanus in Helveticis. Vid.* Bucher, *p.* 580.

I. *De Alemanorum regno in Rhætiis exorto* A. C. 356.

ALemanni (gens Germana) è colluvie hominum nomen sortiti sunt, (a) Quadorum, scil. Marcomannorum & precipuè Suevorum in unum

(a) Rhenan *Germ. li.* 1. *pag.* 70.

unum congestâ. Appellationis originem Lazius aliundè scisciat, ac si verò (b) Alpmanni olim dicti fuerint, quod in Alpibus Rhæticis Romanorum provincias infausto pede transilierint; Primæ autem eruptionis annus Christi 213 quadrat.

Anno currente ab hinc Quadragesimo Septimo seu anno Christi 260. Gallieno rerum potiente Alemannos sub vexillo Chroci regis, post Galliam hostiliter emensam, in Italiam penetrasse tradit (a) Eutropius, de quo rege plura etiam apud Gregorium (b) Turonensem occurrunt. Elapso post hæc decennio Italiam versus tendentes ab Aureliano devictos memorat (c) Zosimus, *A. Sc.* 370. Regem autem præfatum Chrocum suspicor eundem esse qui apud (d) Aurelium Victorem Eroci nomine insignitus, Constantio Chloro Eboraci in Britannia fato cedenti, *A. C.* 306. unà affuisse traditur. Gundomadus, & Vadomarius reges, *A.* 354. Ammian. *pag.* 43. Quinquagesimo exinde anno, Constantio Constantini filio res Romanas moderante, à partu virginis *A.* 356. (ita enim è Consulibus ab

(b) Laz. migr. gent. p. *p.* 362. Bucher Bel. Rom. p. 199. Catti pars Al. in Rhætiam sub M. Anton. Philosepho, Circa. *A.* 164. Jul. Capitol. *p.* 71. Chonodomarius rex Decentium cæsarem fugavit circa 350. Ammian. *p.* 138

(a) Eutrop. Hist. Edit. Lugd. Bat. *p.* 828.

(b) Greg. Tur. *l.* 1. *c.* 30, 32. Bucher. *p.* 207.

(c) Zos. *l.* 1. *p.* 26. Edit. Steph.

(d) Aurel. vict. edit. Lugd. Bat. *p.* 642.

Fædus p. 47. & 67.

(e) Am-

(e) Ammian. Mar. edit. Lug. Bat. l. 16. p. 137

(e) Ammiano designatis constat) Chonodõarius, Vestralpus, Urius, Ursicinus cum Serapione, Suomario ac Hortario viribus in unum compositis propè Argentoratum consedêre: (f) Chonodomarius & Serapio cæteris regibus potestate præibant; (g) Serapio Mederici (Chonodomarii fratris) erat filius; Suomarium eundem esse conjicio, qui aliis, (h) Lazio præsertim, Sumanus dictus est, & in Rhætiis *primus sedes* posuisse traditur.

(f) Ammian. p. 143.

(g) Id. p. 144.

(h) Laz. p. 383. l. 3.

Hosce reges tandem in ipsis Rhætiarum visceribus grassantes ab Imperatore bello petitos (i) Ammianus asserit; auspiciis tandem & ductu Juliani (k) Chonodomarius in prælio captus est, & 6000 insuper Alemannorum ad Argentoratum cæsi: (l) Hortarius item captivus adducitur, dum Suomarius interim (m) pacem à Cæsare impetrat. Gundomadus & (n) Vadomarius fratres Alemannis potestate regiâ præfuêre; cum hisce fratribus (o) Constantius pacem firmaverat: Gundomadus autem circa Annum 356 occisus est, quod vel è Consulibus apud (p) Ammianum commemoratis apertè constat.

(i) Ammian. p. 141.

(k) Aurel. vic. p. 647. Ammian. p. 155, 156. Bucher. p. 314.

(l) Ammian. p. 185, & 208.

(m) Id. p. 184.

(n) Id. p. 43, & 328.

(o) Id. p. 328, 329.

(p) Id. p. 142.

Ju-

Juthungi posthæc (portio quædam Alemannorum) Anno demum 358. pacis fœderumque obliti, quæ obsecrando adepti sunt, (q) Rhætias more hostili infestarunt, at à Barbatione acerrimè sunt repulsi.

(q) Id. p. 175.

Anno 360. Tractus Rhætiis confines Alemannos diripuisse & Vadomarium regem in epulis fraudulenter captum (r) Ammianus asserit. Posteà verò dimissum inde constat, quod (ſ) Macrianus & Vadomarius Romanorum fœderati ab eodem Ammiano recitentur: Confinia autem Alemannorum à Burgundionum agro (t) capellatii regio seu Pallas fuit, unde nomen Palatini Principis apud Germanos originem traxisse credit (a) *Rhenanus*.

(r) Id. p. 327, 330. Aurel. Vict, p. 647.
(ſ) Ammian. p. 210, 212, 213.
(t) Id. p. 212.
(a) Rhenan. Ger. l. 1. p. 84.

E consulibus tandem ab *Ammiano* recensitis, patet *Rhætias* ab *Alemannis* iteratò appulsas, afflictas & penitus infestas, *Annum* juxta 365. Quum hoc tempore (b) (inquit) velut per universum orbem Romanum bellicum canentibus buccinis, excitæ gentes sævissimæ limites sibi proximos persultabant, Gallias Rhætiasque simul Alemanni populabantur. (c) Anno insequenti 366. sc. (ita enim è Consulibus annexis

(b) Ammian. l. 26. p. 568.
(c) Ammian. p. 600, 601.

annexis constat) Alemannos viribus resumptis limites Gallicanos perrupisse Ammianus narrat. (d) Rando etenim è regali prosapiâ oriundus Moguntiaco è latebris insiluit; Vithicabius etiam Vadomarii prædicti filius, fortis & audax Alemannorum Rex grave (e) Id. p. 772. dispendium (e) rebus Romanis intulit: at illorum fraude demum occubuit.

(d) Id. p. 630.

Octennio post hæc elapso, anno sc. 374. Valentinianus anxia solicitudine pressus undique dispexit quo tandem (f) Id. p. 678. commento Alemannorum & (f) Macriani regis factum infringeret, sine fine vel modo rem Romanam irrequietis motibus distrahentium. Ad extre- (g) Id. p. 680. mum plurima animo volutans (g) Burgundios in eorum perniciem excitare cogitat; Dum *Theodosius* interim equitum Magister illos in Rhætiis aggressus est, quorum alios cæsos, alios duxit captivos: at è Rhætiis ejicere neutiquam valuit. Tantum Romanis terrorem Macrianus incusserat, ut per insidias (facinus Romano nomine indignum) vitam regis peterent: at (h) Id. p. 716, 717. Rex (h) incassum adortus, incolumis evasit.

Quo

Quo se vertat Valentinianus aciem ingenii versatilem, pene inscius, tandem Fraomarium Bucinobantibus (Alemannorum parti) regem præficit, exinde dissidio conflato Macriani Studens exitio. (i) At irato genio negotium malè cessit. Deinde munimento ad Basileam structo Illyricum versus, rerum ibi novarum timidus, propero pede festinat. Tandem ultimò cum hoc rege admodum formidabili fœdus sanè inglorium percussit: Periit autem postea (k) Macrianus adversus Francos dimicans, per insidias a Mallobaude oppressus.

(i) Pag. 752.

(k) Pag. 753.

Ut dubium non sit (inquit (a) Lazius) Valente & Gratiano imperantibus Suevos, Alemannicos sc. partem Rhætiæ occupasse, ex quo tempore variis licet acerrimisque petiti bellis Alemanni, Rhætiis nunquam penitus cessêre: Sed inclinante magis magisque imperio, sedes inibi fixas integrasque posuisse constat.

(a) Pag. 373.

Fluentibus à primo ingressu annis juxta centenis Alemannos in Rhætiis a Majoriani ducibus victos tradit (b) Sigonius, sed non excussos regione asserit. Quibus autem ex antiquis

(b) Sigon de Occid. Imp. p. 234.

(fide dignis) authoribus nitatur nullus protulit.

Regum autem Alemannorum seriem justam satis tradere per inopiam Scriptorum haud licet. Lazius quosdam digessit, omissâ annorum serie : Apponam tamen, licet unde hauserit, haud dixerim,

1. Suomanus, vel Suomarius.
2. Fribadus.
3. Esnerus.
4. Hobingus.
5. Nebus.
6. Ermerichus.

At quam oscitanter Lazius scripserit, hinc discamus licet. Quòd Fribadum Theodorico Ostrogothorum in Italia regi Synchronum posuit : Ermerichum autem a Clodovæo Franco devictum. Cum probe constat Ermerichum a Clodovæo superatum Anno Christi vulgari 495. Theodoricum autem (cujus tempore Fribadum vixisse statuit) post. Odoacrem fusum Romam intrasse. *A.C.* 500. ut per Consules annexos a Cassiodori Chronicis liquidò apparet.

(6) Petav. de Doct. temp. lib. 13. p. 815.

Alium

Alium autem regum Catalogum me hactenus vidisse non contigit, ut ut sit, regnum Alemannorum a Clodovæo Francorum rege eversum, ultimam & fatalem accepisse periodum, *Anno* 495. E Cassiodori *(d)* variis, Gregorii Turonensis Scriptis, conclamantibus unà, Petavii, Bucherii, aliorumque recentiorum suffragiis palam est. Alemannia verò integra in ditionem Francorum exinde cessit. Genevenses, Tigurini, & cæteri in Rhætiis alpibus juxtaque positi incolæ variorum ducum & comitum jugo è Francorum aulâ succubuêre.

(d) Cassiod. Var. lib. 2. Ep. 12. p. 156.

Duravit autem Alemannorum regnum illud Rhæticum ab *Anno* 356, ad 495. per annos præter propter 139. At ne numerus regum Decennarius hinc inde dispareat in Occidentalis Imperii tractu, ecce Longobardorum reges jamjam Pannonias ingressos; de quibus forsan alibi erit dicendi copia.

De Gothorum regnis.

GOthicum genus è Scandiâ profluxit, quæ Peninſula eſt ſub Arcto poſita, & regna Norwegiæ Sueciæque ampliſſima hodiè continet. Multis retrò ſeculis ſub rege *(a)* Berigo è natali ſolo egreſſi, oras Germaniæ ſeptentrionales appulere Gothi, indeque Scythicos emenſi tractus ad Euxini ponti litora, *(b)* Daciamque antiquam, Danubii fluminis ripâ ab auſtro præcluſam, conſederunt. At *(c)* Carion Gothos ſeu Getas noſtros ex Aſiâ (docente Herodoto) primùm migraſſe Pannoniam verſus, exinde ad Viſtulam accedentes, Littuś Balticum & Scandiam occupaſſe tradit. Eſto verum, omnes gentes ab Oriente fluxiſſe, ubi ſcilicet Arca ſubſederat & immanis Babylonicæ turris ſtructura divinitùs inhibita quievit: Attamen è Scandia verſus meridiem progreſſos, ſedes quæſiviſſe è Jornande, Gothici ſanguinis hiſtorico, ſatis liquet.

(a) Jornandes in Get. c. 4.

(b) Id. cap. 12.

(c) Carion. Chro. l. 3. p. 296. Edit. 8o. 1617.

Im-

Imperante poſt multa ſæcula Romanis Philippo, Rex Gothorum *(d)* Oſtrogotha multa vi armorum ſtipatus limitem Danubianum auſus eſt tranſcendere, anno ſc. Philippi ſecundo, æræque Chriſtianæ vulgari 245. Nec mora, Mæſiam Thraciaſque undique diripiunt. Quo tractu locorum nunquam penitùs ceſsêre, donec tandem veſperaſcente Imperio Italiam Occaſumque verſus ultrò tendebant: licet ſub Cnivâ, Araricò, Gebaricho & Ermanaricho regibus, vario Romanorum molimine affecti fuerint; Ultimum è præfatis *(e)* regem bellicociſſimum licèt, gens Hunnorum *(* in inmane ferox*)* armis laceſſivit, & ni dolorem morte ſedaſſet Ermanarichus, ſub jugo laboraſſet; annum autem ætatis agens *(f)* 110, diem maturè obiit. Durante hujus regimine, Gothi, ſortis velut imminentis præſcii, in binas partes gentem ſuam diſpeſcunt: Hos Viſigothos, illos Oſtrogothos, ab adverſis mundi cardinibus quò palantes & errabundi tandem conſedêre, vocitabant.

(d) Jornand. cap. 16.

(e) Ammian. Marcel. lib. 31, p. 791.

(f) Jorn. c. 24. Get.

II. *Ostrogothorum regnum* A. C 377. *Primo in* Pannonia, *deinde in* Italiâ *floruit.*

DIscedentibus (Ermanarichi regimine adhuc durante) Visigothis, reliqui Gothorum posteri in Pannonia confiniumq; agrorum sedibus substitere, seque Ostrogothos (id est Orientales) appellantes, sub Hunnorum jugo aliquandiù missi sunt. Balamiri autem Hunnorum regis permissu (à quo, Gratiani quartò & Merobaudis consulatu (a) perdomiti sunt, teste Ammiano) Winithario Valeravani filio Principatûs insignia unanimi voto detulêre. Cujus Stemma (b) Gentilitium rei Historicæ gratiâ hic attexere non dedignamur.

A. C. 377.

(a) Ammian. l. 31. p. 791. & 811.

(b) Jorn. Get. c. 14. & 48.

Amala

Jorn. p. 630 681.



Ammian. p. 791. Jorn. Get. c. 58.

Ammian. p. 797.

Jorn. c. 59.

Jorn. p. 683.

Hic antequam regum seriem exhibuero, P. Diaconus de morâ Gothorum in Pannoniis priusquam Italiæ ubere solo potiti fuerint, erit à consiliis.

(a) P. Diac. hist. miscell. l. 14. p. 408. edit. Ingolst. 1603.

(a) Gothi (id est Ostrogothi, nam de Visigothis quos Hypogothos vocat, prius dixerat) Pannoniam habuerunt primùm, deinde 18 anno Theodosii Imperatoris Junioris Thraciæ villas habitaverunt, & per annos 58 in Thrace morantes, Occidentis quoq; obtinuerunt Imperium. Jam de Regibus: I. Wini-

I. Winitharius seu Wandalarius Ostrogothis in Pannonia positis primus imperitavit A.C. 377. (b) Marcellinus Comes Sari regis Huldino Hunno coævi meminit, ad annum 406. nescio an idem cum Winithario nostro. Jornandes certè lineam regiam Gothorum serie jam non interruptâ disposuit. 377.

(b) Marcell. Comes. p. 37. Edit. Scalig. Euseb.

II. Hunimundus Ermanarici filius regnum priori sublato accepit.

III. Thorismundus Hunimundi filius tertio loco subsequitur, à quibusdam Sigismundus perperam dictus. Hic filium suscepit Beremundum qui ab Hunnorum jugo vitæ pertæsus ad Visigothos transiit. Thorismundus autem biennio tantum rebus præfuit; è cujus morte adeo insignem concepêre luctum Gothi, quod per annos abhinc 40 solio insessor defuit.

Interregnum XL. annorum.

IV. Wala-

IV. Walamirus Winitharii filius regno potitus est. Hic Anno Christi 451. sub Attilæ Hunnorum Regis vexillo contra Visigothos consanguineos suos in campis Catalaunicis ingenio satis aversо pugnavit: fugatis autem Hunnis ipse in jus Gothorum integram (d) Pannoniam vindicat, cujus situm Jornandes ita depinxit; (e) Pannonia in longam porrecta planitiem, habet ab Oriente Mæsiam superiorem, à Meride Dalmatiam, ab Occasu Noricum, à Septentrione Danubium.

(d) Jornand. c. 50. & 52.

(e) p. 687.

V. Theodemirus Walamiri filius (Leone Imperante) regnavit in Pannonia, ibiq; ad amnem (f) Bolliam Suevos ingruentes internecivè stravit. In Sueviam deinde penetrat, & grandi relatâ victoriâ ad * proprias in Pannoniâ remeat sedes. Eodem tempore (a) Glycerius (Imperio cum mortis angoribus jam colluctante) in Italiâ Imperitabat Anno Christi 473. Widemirus interim (seu Vindomirus apud (b) Evagrium) Theodemiri frater Italiam versus copiis instructus tendit, & mox

(f) Id. p. 690.

*, Jorn. Get. c. 55.

(a) Jorn. p. 694.

(b) Calv. An. 473.

mox fato functus, filium etiam Widemirum nomine, superstitem liquit, qui muneribus Glycerii illectus in Gallias deflexit, ibiq; cum Visigothis in unum coaluit. Dum frater interim limites regni proferre studens, per Illyricum acie hostili grassatur, & multa à Romanis armorum formidine perculsis (mirandum dictu) invito genio concedentibus absq; prælio extorsit, & tandem apud Certas mortuus est.

VI. Theodoricus Theodemiri filius (Zenonis (b) hortatu permotus) Alpes conscendit, in Italiam penetrat, ibiq; Odoacrem, Herulorum regem, ejusq; copias (qui Romam nuperimè An. sc. 476. diripuerat) funditùs delevit. Quo bello jam peracto ipse Rex Potentissimus evasit, post Occisum (c) Ravennæ Odoacrem anno 493, ipse Romam A. C. 500. triumphans ingressus est, & propriæ ditioni subdidit; per universam Italiam sceptri Jura promovit & regni Ostrogothici fundamenta (evulso radicitùs Romanorum Imperio) in multos annos jecit.

Anno 473. Petav. de Doct. Temp. p. 801.

(b) Procop. Goth. l. 1. p. 140.

(c) Cassiod. Chron.

Illum

Illum autem hi reges excepêre.

Atalarichus.
Theudatus.
Vitiges.
Ildibaldus.
Eraricus.
Totilas.
Teias.

Quorum bella cum finitimis aut Juſtiniani ducibus Procopius ἀνταῖος eleganti filo pertexuit; donec tandem Teiâ à Narſete devicto regnum Oſtrogothorum in Italiâ ſubrutum, Longobardorum ducibus Ravennæq; exarchatui viam ſtravit.

III. *Viſigothorum Regnum.* *A. C.* 378.

[*Hoc Regnum ut è ſequentibus patet,* Anno Chriſti 374. *erectum eſt in Mæſiâ, quæ regio ad Orientale Imperium ſpectat. At ſtatim Pannoniarum aliquot tractibus et hi Gothi potiti ſunt,* A. ſc. 378. *deinde Italiam,* A. 400. *petebant*

petebant, posteà in Galliâ ac denùm in Hispaniâ diu perstitêre.]

Diremptâ bifariàm Gothorum stirpe (uti diximus), Visigothi *Fridigernum* creant Regem, ejusque sub auspiciis ingruentium Hunnorum rabiei propulsandæ dum acriùs incumbunt, partem Mæsiæ suis incolendam à Valente Imperatore expetunt. Valens autem non modò agri Mæsiaci copiam illis concessit; sed et doctores aliquot Arianismo tinctos, quorum operâ & Christianis ritibus Ariique simùl placitis imbuantur, misit, *A. C.* (*a*) 374. Quo Anno hoc regnum et proprio conatu & Imperatoris concessu exortum est. At Gothi in Mæsiæ Thraciæque regionibns positi, à Lupicino aliis que Romanorum præfectis malè accepti, Valentem lachymabili bello petunt, aciemque Romanam (*b*) octavo lapide ab urbe Hadrianopoli (*c*) sole virginem permeante, nocteque illuni 5. Id. Augusti evertunt, imo & Imperatorem ipsum in tugurio rustico comburunt: De anno autem quò minùs hæreamus incerti, non solùm Consules appositit Ammianus, sed & eclypsin solis accidisse testatur,

(*a*) Jorn. Get. *c.* 25, 26. Ammian. *l.* 31. *p.* 795, 796.

(*b*) Idat. 12. lapide, *p.* 32.

(*c*) Ammian. *p.* 819, 826, 831, &c.

testatur. Victoriâ insigni jam partâ, exinde Thracias Daciamque Ripensem solum velut paternum & proprii Juris incoluêre : Nec tamen subsedit furor, donec Thessaliam, Epirum, Achaiam (*d*) & Pannonias opimis referti spoliis undique proscidissent. Hæc ad annum juxta 378 confecta etiam confirmat Ammianus, cum post obsidium Perinthi exinde digressos per Arctoas provincias, adusque radices (*e*) Alpium Juliarum perveniſſe narret; unde constat Visigothos hoc anno in tractibus Occidentalis Imperii tentoria fixisse, donec tandem Theodosio Thessalonicæ è morbo decumbenti, Consulibus Gratiano quintò & Theodosio, Anno Christi, *sc.* 380. Gratianus de salute rei Romanæ admodùm anxius, cum (*a*) Gothis fœdus pepegit, & abhinc Imperii veluti fœderatos, annuente simul Theodosio suscepit.

(*d*) Jorn. *c.* 27.

A. C. 378.

(*e*) Ammian. *p.* 844.

(*a*) Prosp. Aquitan. edit. Scalig. cum Euseb. *p.* 188. Jornand. Get. *c.* 27.

II. *Anno Christi* 380. Athanaricus qui ab (*b*) Ammiano Thervingorum judex appellatur, præfatæ pacis cultor eximius (*c*) Fritigernum vivis exemptum excipit, & Constantinopoli denuò fatis concessit, (*d*) anno Theodosii

(*b*) Ammian. *p.* 792.

(*c*) Jorn. G. *c.* 28.

(*d*) Isidor. Edit. Grot. *p.* 712.

dosii tertio, (e) menséque Januario, æræ etiam Christianæ vulgaris anno (f) 381. ibique (g) regali sanè pompâ sepultus est.

(e) Marcell. Com. p. 34.
(f) Idat. p. 20.
(g) Zosim. l. 4. p. 739. Edit. Francfort. 1590. fol.

III. *Anno Christi* 382. Repudiato Romani fœderis patrocinio Alaricus anno quarto Theodosii in regem cooptatus, solium visigothorum obtinuit, si scriptis (h) Isidori fides sit adhibenda; (i) Jornandes etenim hunc regem è nobili Baltharum prosapiâ oriundum ad regale fastigium non priùs evectum fuisse statuit quàm Theodosius rebus humanis exemptus fuerit. *Anno* deinceps 399. (deductis 38 annis ex æræ hispanicæ anno 437. ut annis Christi conquadret) Gothos se mutuò contrivisse (k) Isidorus narrat: Tandem autem concordes effecti, ad excidium Romanorum properant, copiis enim in duas partes dirimebant; altera pars Radagaisum, altera secuta est Alaricum, utraque Italiam petebat. Stilicone enim Aurelianoquè Coss. sub hisce regibus in Italiam penetrâsse, & (l) Prosper Aquitanus & (m) Jornandes retulêre, anno sc. C. 400. Arcadio tandem quintò, Honorioque quintò Coss. id est *Anno Christo* 402. inter Gothos

(h) Isidor. p. 712.
(i) Jornand. Get. c. 29.
(k) Isid. p. 712.
(l) Prosp. p. 190.
(m) Jorn. c. 29.

Gothos Romanosq; ad (n) Pollentiam acri prælio decertatum est; de quo sic cecinit Claudianus,

(n) Prosp. p. 190.

Claud. de Bell. Getic. v. 488.

Si numero non fallor, ait, tricesima currit
Bruma ferè, rapidum postquam transnavimus Istrum.

Ad calcem libri sic,

——Unoq; die Romana rependit,
Quicquid (p) ter denis acies amisimus annis:
O celebranda mihi cunctis (q) Pollentia sæclis!

(p) V. 634.

(q) Jornand. Get. c. 30.

Quod si retrò è Claudiani calculo annos, putemus Gothicus Istri transitus ad An. C. 372. reponendus est Paulo ante Mæsiam à Valente concessam, Anno 374. ut è præfatis appareret. Radagaisus post hæc, qui exercitum immensum 200000 militum in Italiam duxerat, à Stilicone confossus interiit. De anno autem hæret, quod (a) Marcellinus comes Consules apposuit Arcadium & Probum; at Prosper Aquitanus Stiliconem & Anthemium tum Consules profert. Isidorus item Hispalensis annum æræ Hispan.

(a) Marc. p. 37. b.

Hiſpan. 443. annumq; Honorii decimum huic cædi aſſignat, ac ſi A. C. 405. perpetrata fuerit. At cum Proſper An. C. 406. (Coſs. licet non eidem anno congruis) huic facinori annectit; cum itidem Iſidorus Romam Captam anno æræ Hiſpan. 447. Honorijq; (ab obitu Patris ſc.) 15. aſſerat, hi Characteres ad Annum Chriſti 409. ſpectant; nam Theodoſius mortuus eſt (b) Jan. 17. 395. Olibrio Probinóq; Coſſ. proindeq; annus 15. Honorii Jan. 17. 410. elapſus eſt. Roma autem capta eſt teſte (c) Diacono 9. Kal. Septemb. A. C. uti omnes jam conſtituunt, 410. ideoq; Anno Honorii 16. Malim itaq; cum Marcellino præfatum Radagaiſi rabiem cædemq; Anno 406. aſſignare, præſertim cum (d) Petavius à noſtrâ ſtet ſententia. 4to. abhinc anno labente, Alaricus urbem Romam totius Occidentis Metropolim atq; reginam gentium bello cœpit. Fertur Alarico Romam contendenti venerabilem quendam cum monitis accurriſſe, nè talia perpetraret, neq; necibus gauderet aut ſanguine: At ille, (e) Non, inquit, ego volens Romam proficiſcor, ſed quidam quotidie moleſtus

(b) P. Diacon. Miſc. p. 388.

(c) Id. lib. 13. p. 398.

(d) Petav. de Doct. Temp. l. 13. p. 764.

(e) P. Diac. Miſc. l. 13. p. 398.

lectus est torquens & dicens, Perge & Romam destrue Civitatem: Urbem (f) Gothi devastant, incendunt. Quos ad Apostolorum Basilicas confugisse norant, securos esse præcepêre; deinde quantum possunt, prædæ inhiantes, à (g) sanguine temperabant, plurima Miraculorum incendunt, multosq; Senatorii ordinis diversis subdidêre supplicîis, Romanum Imperium etiam derisui exposuêre, quendam Attalum Imperatorem constituentes, mox servili Schemate ministrare cogebant: Deinde post aliquot ædes incensas die tertiâ discedunt; inter reliquas prædas Templi Hierosolymitani (h) ornamenta, illùc à Tito olim deducta, diripuêre. Eodem anno, regni sc. Alaricani 28. Christi autem 410. ipse rex (i) morbo extinctus (dum per Campaniam Lucaniamq; Brutiamq; reliquosq; Italiæ australioris agros grassantur) in medio Barentini fluminis alveo, juxta urbem Cosentiam, diductis aliquandiu undis, regali pompâ sepultus est, (k) rursusq; aquas in proprium retrahentes alveum, ne locus unquam prodatur; Gothi fossores omnes, regionis sc. Colonos interimêre.

(f) P. Diac. Contin. Eutrop. p. 126. lib. 13.

(g) Id. Misc. ibid.

(h) Procop. Goth. l. 1. p. 177. Edit. Grot.

(i) Isid. p. 715.

(k) Jorn. Get. c. 30.

IV. Anno

IV. Anno Christi 410: defuncto Alarico, Athaulfus (c) Alarici conjugis frater, jura regni susceptit, & Romam (d) reversus, quicquid divitiarum supererat, prædabundus exhausit: Placidiamq; Honorii Germanam abducens captivam in urbe Forolivienſi Matrimonio sibi conjunxit: Imperatorem autem penitus invalidum, jam vero quasi cognatum grato derelinquens animo, in Gallias tendit. Postea contra Vandalos in *Hi*spaniis copias ductans ad urbem Barcinonensem à suis jugulatus interiit.

(c) Zosim. 813. fol.

(d) Jorn. c. 31.

Isidor. p. 715.

V. Anno Christi 416. Segericus post Athaulfi necem Rex constituitur, & mox fraude subditorum interemptus est, dum pacem cum Romanis cogitat.

Id. ibid.

VI. A. C. 416. Vallia Segerici successor multa prælia cum Vandalis aliisq; in Hispania gentibus conseruit. Anno regni tertio Christianæq; æræ 419. Aquitaniam unà cum urbibus provinciarum confinium, ab Imperatore Honorio concessam, ad Oceanum usq; retinuit.

Id. p. 718.

VII. A. C. 419. Theodorides post Valliæ excessum in solium Visigotho-

Id. rum evectus est, Jornandi aliisq; Theodericus dictus, in prælio cœlebri Catalaunico contra Hunnos pugnans occubuit Anno 451.

Jorn. c. 41. VIII. A. C. 451. Thorismundus regis Theodorici filius in campis prælii prædicti regia Majestate subvectus Tolosam ingreditur, annoq; uno regnum administrat.

Petav. IX. A. C. 452. Theudericus præcedentis frater ab Avito Romanorum Cæsareulo *His*panias sibi concessas magno exercitu ingressus, sedem regni inibi constituit, posteriſq; suis sartam tectam reliquit. Huic Euricus frater, aliis Evaricus, Sidonio Evarix, aliiq; longo tramite successere: ibiq; loci regali splendore armisq; gentes finitimas undiq; propulsantes annum juxta 713. ad Roderici usq; exitum regnum possidère; è quorum sanguine *His*paniarum reges procereſq; multi ortum duxisse gloriantur. De Maurorum & Saracenorum deinde in *His*paniâ viribus, de Phagio & succedentibus è Gothorum stirpe in Asturiâ regibus, legantur Rodericus Sanctius parte 3. cap. 1. et Marineus Siculus lib. 7. aliique.

Sidon. p. 182. & 430. & 520.

IV. *Hunno-*

IV. *Hunnorum regnum in Pannoniâ, Anno Christi 378. & deinde alibi per Europam latissimè.*

HUnnos Græcis (a) Massagetas, Scythas & Cimmerios, (b) Orosio (c) Hieronymoq; Sarmatas, ætate Procopii (qui Romanas tenuêre terras bipertita prius gente) (d) Cutriguros Hunnos, (e) Claudiano cum adiecto, turpes Hunnos appellatos, ad ulteriores paludum Mæoticarum ripas, olim resedisse legimus. (f) Jornandes è Prisco & (g) Ammianus Marcellinus barbaræ hujus gentis imaginem vivis coloribus depinxêre: eruptionemque ex avitis sedibus, in regiones Ermenricho Gothorum Regi Subjectas per totam late Pannoniam ad Achaiam usque extensas pertexuêre. Pannoniæ autem (ubi tum temporis Gothorum sedes) (h) duobus saltibus, tribus fluviis, Dravo, Savo, Histroque vallantur. In hanc regionem Balamirus seu Balamberus primus Hunnorum è Claustris Mæoticis sese moritantium Rex Copias militares effudit.

(a) Procop. Vand. *l.* 1. p. 15, 49. 419.
(b) Oros. *l.* 7. *c.* 32.
(c) Hier. in Chron. Euseb. *p.* 187.
(d) Procop. Goth. *l.* 4. *p.* 420.
(e) Claudian. *l.* 1. *in Ruffinum.* *p.* 270.
(f) Jornand. Get. *c.* 24.
(g) Ammian. *l.* 31. *p.* 784, 791, &c.
(h) Jorn. de regn. succes. *p.* 93. De Sarmatarum regulis Ammian, *pag.* 191, 192. Zizas rex. *pag.* 194. *A.* 358.

Oſtrogothorum interea Regnum ſub ſene decrepito Ermenricho ultima jam Sceptri tempora moderante, annumque (uti prediximus) vitæ decimum ſupra centenum agente, laborabat indies. Mortuo demum Gothorum Rege, & Viſigothis ſeceſſione factâ Occaſum verſus tendentibus, exardeſcebat bellum Hunnicum, Winitharioque Gothorum in Pannoniis Regi Balamirus furibundus inſiluit, (*i*) ipſumque in prælio occidit & gentem univerſam ſubegit. Eruptionis Hunnicæ (*k*) Oroſius penè coævus diſertè meminit, annique calculum inſuper appoſuit, decimo tertio ſc. Imperatoris Valentis, cui congruit æræ Chriſtianæ *A.* 376. quo anno Gothos è Regione Tranſdannubianâ, (utramq; enim fluminis ripam inſederant) vi bellicâ expulſos, Hunni etiam limitem perrumpentes Iſtrianum ulterius inſecuti ſunt. At nondum regiones citra Danubium in Pannoniis Mæſiiſque Romano Imperio prius ſubditas ante annum 377. ſeneſcentem invaſerant, aut proximi certè imitia. Quo tempore fundamenta Regni Hunnici in Pannoniis jacta, è Jornandis, Marcellinique comitis ſcriptis liquidò apparet,

(*i*) Jorn. Get. c. 48.

(*k*) Oroſ. l. 7. c. 33.

apparet, qui has regiones & Gothis, & Romanis ereptas aperte testantur. [Duodecimo Anno Regni Valiæ (a) inquit Jornandes, post pene 50 Annos invasa Pannonia, Hunni à Romanis & Gothis expulsi sunt, &c. eo tempore, quo Hierius & Ardaburius Consules extitissent.] Marcellinus autem his vocibus accinit [b Indictione X. Hierio & Ardabure Coss. Pannoniæ, quæ per 50 annos ab Hunnis retinebantur, à Romanis receptæ sunt.] Cum his Consulibus annus Christi vulgaris vigesimus septimus supra quadringentesimum coincidit. Subductis itaque 50. annis restat 377. quo præcipiti, vel potiùs (ob Jornandis [*penè*] additum, quippe qui paulò antiquior extitit) 378. inchoante, dira hæc Hunnorum rabies & laniena integram penè Pannoniam incolis Gothicis evisceravit. (c) Ammianus insuper Marcellinus *Hunnorum* grassantium prædas eo anno congestas recitat, quo Gratianus quarto et Merobandes Romæ trabeas Cõsulares sumpserant, hoc est A. C. 377. (d) *Hieronymus* denique in calce Eusebiani Chronici Gothos à gente *Hunnorum* devastatos asserit: Cujus numeri etsi

(a) Jorn. Get. c. 32.

[b] Marcel. Com. ad calcem Euseb. Chron. p. 39.

(c) Ammianus, p. 791. Bucher. Belgi, p. 471, 508.

[d] Hieron. ad Euseb. Chron. p. 187.

non fluant integri, hanc tamen Gothorum ſtragem victoriâ Gratiani Alemanicâ eodem anno acquiſitâ confirmavit. Nec diſſidet Caſſiodorus eandem ad Gratiani Merobaudiſque Conſulatum rejiciens, id eſt, annum 377. additque inſuper, eodem tempore Gothos ab *Hunnis* ſedibus ſuis plerumque expulſos in Thraciam diffuſos eſſe. Cum autem ad anni 377. clauſulam hæc *Hunnorum* rabies cæpit, meritò in proximum annum (Regni ſc. *Hunnorum* in Pannonia primordia) ſub Balamiro conjecimus.

I. *Anno Chriſti* 378. *Balamirus* primus *Hunnorum* Rex in Pannonia reſedit, aliis Gothorum expulſis, aliis ſubjugum miſſis. Nec ex illo tempore multa ſtatim de *Hunnis* legimus, firmando forſan Imperio occupatis.

Cum tandem Gothos probè ſubjecerant, regno promovendo ſtudentes (*a*) Ruffino auxiliares accurrunt.

II. *Huldinus* (*b*) alter Rex *Hunnorum*, aliis *Uldin*, (*c*) aliis *Viridinus*, (*d*) *Zoſimo* ὐυλδης dicitur, qui Gainem occidit, exercitum ejus ſtravit, caputque haſtæ præfixum ad Arcadium miſit. Tandem & ſuppetias Romanis tulit

(*a*) Proſp. p. 50 Claudian. l. 1. in Ruffin. p. 310.

(*c*) Jorn. de ſucceſ. Reg. p. 122 Diac. Miſcel. p. 396.

(*c*) Diacon. ad Eutrop. p. 125.

(*d*) Zoſim. l. 5. p. 798.

tulit contra Radagaiſum, Scytharum Gothorum aliarumque gentium exercitûs ductorem. Qui Italiam (*e* infandam militum 200000 Colluviem à pedibus trahens) penitùs exhaurire minitabatur. (*e*) Marcel. Com. p. 37.

III. Octarus & Roas (*f*) Mundzucci fratres unà regnabant in *Hunnos*; Prior à Socrate (*g*) Uptarus appellatur, quo duce *Hunni* in (*h*) Thraciam irruunt *A.* 422. & quinquennio abhinc elapſo (*i*) è Pannoniis aliquandiu expulſi ſunt Anno 427. Proximo Anno Optarus apud (*k*) Sigonium defunctus legitùr, *i. e.* Anno 428. (*f*) Jorn. Get. c. 35. (*g*) Socr. Eccl. Hiſt. l. 7. c. 30. (*h*) Marcel. Com. p. 39. (*i*) Id. p. 39. b. (*k*) Sigon. de Occid. Imp. p. 196.

IV. Rugula *Rex* Hunnorum, Anno X. Theodoſii 11. apud (*l*) Proſperum legitur. Poſthæc Anno ſc. 434. pace inter Romanos & Hunnos compoſitâ Rugula è vivis deceſſit. (*l*) Proſp. p. 1. Chron. Euſeb. p. 52.

V. Bleda Rugulæ frater faſces Regni obtinet. Hujus ductu (*m*) (Cyro Conſule) Hunni in Illyricum prædabundi deſcendunt. *i. e.* Anno 441. Deinde Bellonæ furiis velut accenſi, in (*n*) Thracias effunduntur & Illyricum fævâ populatione proſcindunt, (*o*) Dioſcuro & Eudoxio Conſulatum agentibus, id eſt, *A. C.* 442. Biennio circiter (*m*) Marcel. Com. p. 40. b. (*n*) Idat. p. 41. a. (*o*) Caſſiod. Chron.

circiter expleto (p) Bledam occidit Attila, Anno 444. (q) Beda ad annum insequentem mortem Bledæ rejicit.

(p) Prosp. p. 196.

(q) Beda Eccl. Hist. l. 1. c. 13.

VI. *A. C.* 444. Attila, occiso fratre, solus regnat, Patre (a) Mundzucco ortus, Balamiri filio. Ferox iste Princeps Scythiæ & Germaniæ oras longè lateque tenuit. Bellator eximius nec minus sævus. *Anno* 447. ad Thermopolim devenit & (b) Romanos aperto Marte fudit, (c) tributa ab Imperatoribus exegit, se mundi terrorem, (d) Dei Flagellum, & Malleum Orbis nuncupavit. Tandem in Campis (e) Catalaunicis, ad amnem Matronam, ab Ætio victus, in fugam se conjecit, *Anno* 451. Hanc pugnam interremptorum numero & Attila in fugam verso valdè terribilem, in Martiani & Adelphii consulatum Cassiodorus reposuit, id est, 451. licet Idatius (f) uni eidemque Anno Eclipsim ☽ assignavit, quæ Anno sanè 452. apparuit, ut ex calculo patet. Tum temporis Attila, copiis è Pannoniâ de integro refectis, Italiam secundâ vice hostili acie infestat, *Anno* sc. *C.* 452. inter cæteras urbes (attestante Jor-

(a) Jorn. Get. c. 49.

(b) Marcel. Com. p. 41. B.

(c) Procop. p. 15,

(d) Jorn. p. 677 q. 661. Buchholcerus in Chron.

(e) Vid. Not. Savar. in Sidon. Carm. 7. p. 97. Bucher Belgic. l. 17. c. 4.

(f) Idat. p. 25. a.

1661.
452.
1209.

Jornande) Aquileiam obsidet, miroque ciconiarum auspicio in potestatem redegit: Eodem Anno (g) Venetiarum urbs profugis undique continentis incolis condi cæpta, & per æstates jam 1209. virgo intemerata permansit. De morte tandem Attilæ, ad propria regressi, non constat inter Authores; Marcellinus Comes à Muliere confossum narrat, Ætio & Studio Consulibus; Idatius secundo Martiani; Prosper tertio Martiani mortuum asserit; Cassiodorus autem Opilione & Vincomalo Cos. *i.e. Anno* 453. mortuum tradit, in propriis sedibus, cui fides potius est adhibenda.

(g) Constan. Porphyr. de administr. Im. c. 28. edit. Elz. 1617.

VII. *Anno Christi* 453. Ellacus, Attilæ filius, post patrem regnat, sed terminis undique constrictis: Ab(h) Ardarico Gepidarum rege victus est, *Anno* 455. Hunnique ad Pontum usq; avitas sc. sedes fugati.

(h) Jornand. p. 687.

Jamque terminatum est Hunnorum Regnum, in solo Romano hactenus positum: Quare, licet de regibus aliquot Hunnorum apud Historicos legimus, ad rem nostram tamen vix spectant, quippe quod decem nostri reges in Oc-

Occidentalis Imperii ſedibus ſint quærendi. Dinzio poſthæc alter Rex, Attilæ etiam filius, apud (*i*) Jornandem legitur: Cujus caput Conſtantinopolim allatum *Anno Chriſti* 469. apud Marcellinum Comitem accipimus: Zabarganus etiam apud Pancirollum in notitia Orientalis Imperii.

(*i*) Jorn. p. 690.
(*k*) Marcellin. p. 43. *b.* Pancirol orient. p. 195.

Zeliobes alter Rex, apud Sigebertum *Anno* 523. occiſus legitur.

Gorda alter Rex Hunnorum juxta Boſphorum in Patriis ſedibus, qui Chriſtianiſmo (*a*) ſub Juſtiniano imbutus eſt; Sandilum etiam Hunnorum regem, ſub Juſtiniano ad Pontum & Mæotin degiſſe, è (*b*) procopio diſcimus; dum Narſes Militaribus Imperii copiis præfectus eſt, Hunnos Romanas regiones infeſtaſſe (*c*) idem tradit. Inſequitur tandem Chaganus, Rex Hunnorum, qui in Pannonia prædas egit *Anno* 583. ut è Zonarâ narrat Calviſius, idemque (*d*) P. Diacono Chajanus dicitur; hic ſub Mauritio, Phocate, & Heraclio, Græciam infeſtabat. A Gregorio (*e*) Turonenſi idem Gaganus appellatur; qui teſte (*f*) Warnfrido ad Venetias uſque proceſſit:

(*a*) P. Diac. Hiſt. Miſcel. l. 16. p. 441.
(*b*) Procop. p. 465.
(*c*) Id. p. 474.
(*d*) P. Diacon. Miſc. p. 486.
(*e*) Gregor. Turon. l. 4. c. 29
(*f*) Warnfri. pag. 845.

ceſſit: De cæteris Hunnorum regibus Chagani nomine plerumque gaudentibus, non ad rem noſtram ſpectat ulteriùs diſſerere. Ab his Hunnis & Avaribus unà permiſtis, fluvius Danubius Hunnivar dictus eſt, teſte Warnfrido, regioque annexa Hunnivaria, & ad hodiernum uſque diem Hungaria audit, ubi & labentibus poſtea ſæculis Longobardi ſedem regni poſuêre. At de his hactenus.

V. *Anno Chriſti 406. Regnum Britannicum primò à Tyrannis Romanis, poſtea Britannis, tandem à Saxonibus inſeſſum.*

PRiuſquam ad defectionem Britanniæ, ab Imperio Romano, calamus perveniat, ordo temporis poſtulat ut de migratione Saxonum pauca prælibemus; quippe qui & Romanorum duces & Britannorum reges inſecuti fuerint, in occupatione hujus Inſulæ. At Belgicas Romanorum Provincias & litora Britanniæ ab antiquo infeſtârunt.

Saxonum

Saxonum ſedes avitas in cervice Cherſoneſi Cimbricæ, ubi nunc Holſatia, Ditmarſia & Ducatus Bremenſis, obtinent; (unde copias in Belgium primitùs effuderunt, è Ptolomæo à (g) Bucherio citato, diſcimus. Anno 284. Ad initia (a) Diocletiani, Saxones tractum Belgicæ & Armoricanæ contrivêre, quibus coërcendis Carauſius rei navalis præfectus ab Imperatore conſtituitur: eadem de Carauſio profert (b) Aurelius Victor, ſed Saxonas communi nomine Germanos appellat.

(g) Bucher. Belg. Rom. l. 13. c. 1. p. 391. b.

(a) Eutrop. Lug. Bat. p. 835.

(b) Vict. Lug. B. p. 579.

Anno 364. (10 ſc. Valentis) Picti, Saxones, Scoti & Atacotti Britannos ærumnis vexavêre continuis, (c) Ammiano Marcellino aſſerente.

(c) Ammian. Lug. Bat. p. 569.

Anno 366. cum Gratianus ad Auguſtale faſtigium evectus eſt, eodem anno Nectaridium Comitem Maritimi tractus à Barbaris occiſum, (d) Ammianus tradit; & Britannos à Pictis & Scotis ad Boream impulſos: Gallicanos verò tractus (id eſt, Britanniæ Auſtraliores) Franci, inquit, & Saxones iiſdem confines, quo quiſq; erumpere potuit terrâ vel mari, prædis acerbis incendiiſque, & captivorum funeribus

(d) Id. p. 625.

funeribus hominum, violabant. Totam hanc paragraphen de Britannis instituisse videtur; unde discamus licet, ob rem Saxonum piraticam, Comites tractus maritimi ab Humbro sc. ad Insulam usq; Vectim, jam constitutos esse.

Anno 370. Augustis ter. Cos. (e) Ammianum audis) Saxonum multitudo Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem gradu petebat intento sæpè nostrorum funeribus pasta &c. & demum Valentiniani fraudibus interemptos, fusè tradit; de quo conflictu intelligendus est (f) Orosius hisce vocibus, [*Valentinianus, Saxones, gentem in Oceani littoribus & paludibus inviis sitam, virtute atq; agilitate terribilem, Periculosam Romanis finibus, eruptionem magnâ molâ meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit.*]

(e) Id. 676. &c.

(f) Oros. l. 7. c. 32.

Ammianus insuper Valentiniani facinora summatim connectens, sic habet, (g) Conversos ad metuendam rabiem Saxonas, semper quolibet inexploratò ruentes, delatosq; tunc ad maritimos tractus, quorum Spoliis redierant benè onusti; malefido quidem

(g) Ammian. pag. 772.

dem ſed utili commento peremit; prædâ raptoribus vi fractis excuſsâ. Itemq; Britannos catervas ſuperfuſorum hoſtium (Scottorum, Pictorum, &c.) non ferentes, ſpe meliorum aſſumptâ in libertatem & quietem reſtituit placidam, nullo penè redire permiſſo graſſatorum ad ſua: De cæde autem Saxonum præfatâ, (*a*) Hieronymus etiam in Chronico Euſebiano ad annum proprii computi 374. [*Saxones Cæſi Deuſone in Regione Francorum,*] hoc eſt in valle illâ, ubi per inſidias oppreſſos, à Valentiniano, (*b*) Ammianus retulit; verus autem annus hujus cædis à Caſſiodoro in Conſulatum Valentiniani 4tum (*c*) & Valentis 4tum rejicitur (cui convenit Chriſti 373); inibiq; ſic Lectorem affatur [*His Coſs. Saxones cæſi Deuſone in regione Francorum*] qui locus, è ſententiâ Bucherii, hodiè *Duyſburg* dictus, ex adverſo Coloniæ Agrippinæ cernitur. At non ita quievêre Saxones, perruptis etenim Imperii limitibus, boreales Belgii plagas, uſq; ad Oceanum, undiq; inſedere: atq; rem piraticam aggreſſi, Brittannos malè tractabant, ſuggerente Claudiano in pane-

(*a*) Hieron. in Chron. p.187.

(*b*) Ammian. p. 677.

(*c*) Bucher. Belg.p.356.a.

panegyri de quarto consulatu Honorii ad annum sc. 398. cœlebrato v. 51. &c.

——*Maduerunt Saxone fuso*
Orcades——

Atq; iterum in laudibus Stilichonis Anno 400. consulatum agentis, lib. 2. v. 250. &c.

Me quoq; vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Munivit Stilicho &c.——
——*Ne littore toto*
Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis.

Anno deinde 406. præcipiti, (*d*) Arcadio 6to Proboq; Cos. apud Britannias, Marcus quidam legionum plausu evectus, regnum affectavit. Occiso Marco Gratianus * municeps 4. mensibus tyrannidem exercuit; atq; illo cæso, Constantinus, infimæ vir militiæ, nominis fausti gratia purpuram militibus acceptam tulit. Hæc è Zosimo, Olymiodoro, Orosio, Sozomeno & Prospero, (*e*) à Buchero prolatis, discimus,

Anno 406.
(*d*) Zosim. hist. l. 6. p. 825.

* *i.e.* de Veroiamii municipio.

(*e*) Bucher. Belg. p. 403. b.

diſcimus. Originem hujus mali à diris gentium barbararum in Gallias tum temporis eruptionibus, accerſit Zoſimus in lib. priùs citato. Exercitus enim Romanorum in Britannia veritus (corruente jam Imperio ſub Honorio) ne et inſulam arriperent Barbari, prædictos elevavit Tyrannos. Præcipuus autem terror à Saxonibus crevit (Gallias etenim jam vexaſſe è Proſpero hauſimus) ne re navali potentes, & piraticam longè latequè exercentes in Oceano, ad oras etiam Britanniæ vela panderent. Quâ de re Conſtantinus ſtatim ab aſſumpta tyrannide in Gallias tranſmeavit, ad obviandum Barbarorum Conatibus.

Super hâc re orationem ſic inſtituit (a) Proſper: [*Honorio 7. Theodoſ. 2. Coſſ. Conſtantinus ex infimâ militiâ, ob ſolam ſpeciem nominis, in Britanniâ tyrannus exoritur, & ad Gallias tranſit.*] Eodem autem Anno, quo & Roma capta eſt, inquit (b) Proſper, 16 Honorii, & Anno Chriſti 410. [*Hoc tempeſtate præ valitudine Romanorum, vires funditus attenuatæ Britanniæ.*] Nec interim de Saxonibus ſilet [(c) *Saxonibus*

(a) Proſp. p. g. 191.

(b) Proſp. p. g. 57.

(c) Id. Ib.

num incursione devastatam Galliarum partem (id est Borealem & Rheno proximam) *Vandali atque Alani vastavêre; quod reliquum fuerat, Constantius Tyrannus obsidebat,*] Idem sc. qui è Britanniis tranaverat. De hujus Constantini exortu ac interitu (*d*) Jornandes etiam quædam rebus Geticis interspersit.

(*d*) Jornan. Get. c. 32.

E præfatis liquidò constat Belgium ante Annum Chr. 410. a Saxonibus deprædatum & insessum: At quo anno vel sub cujus Regis aut Ducis auspiciis præcisè contigerit, ob annalium silentium pronunciare haud facile possumus. At de Britannis apparet Anno Christi 140, sumptis armis, & à barbaris aquilonaribus, & à Romanis, in libertatem semet asseruisse. (*e*) Ejectis namque Constantini præsidibus Remp. arbitratu proprio regebant, & conjiciente Bucherio, sine regibus, è cujus sententia duravit hæc Reip. forma usque ad Vortigerni initia. Sed placet audire (*f*) Zosimum de hac re latiùs differentem, [*Cuncta pro libitu invadentes transrhenani barbari, eò tum incolas Insulæ Britanniæ, tum quasdam Celticas nationes*

(*e*) Bucher. p. 426. a. 432. b. 630.

(*f*) Zosim. lib. 6. p. 827.

redegerunt, ut ab Imperio Romano defi-eerent, & Romannorum legibus non amplius obedientes, καθ' ἑαυτὸν βιοτεύειν, *arbitratu ſuo viverent.* ὅτε ἂν ἐκ τῆς Βρεττανίας ὅπλα ἐνδῶσιν, καὶ σφῶν αὐτῶν προκινδυνεύσαντες, ἠλευθέρωσαν τῶν ἐπικειμένων βαρβάρων τὰς πόλεις καὶ ὁ Ἀρμόριχος ἅπας καὶ ἕτεραι Γαλάτων ἐπαρχίαι Βρεττανοὺς μιμησάμενοι καὶ τὸν ἴσον σφᾶς ἠλευθέρησαν τρόπον, ἐκβάλλουσαι μὲν Ρωμαίους ἄρχοντας, οἰκεῖον δὲ καθ' ἑξουσίαν πολίτευμα καθιστᾶσαι.]

Procopius itidem (editionis Grotianæ, quam ſequimur) hanc inſulam ſub Conſtantino Tyranno defeciſſe tradit. (a) Quo licet interfecto [*non tamen & Britanniam Romani recipere potuêre, ſed manſit ab eo tempore ſub inſeſſoribus inſula*] oraculum verè aureum & ad rem noſtrum perquàm commodum! Cum itaque & Zoſimus, Procopius, Proſper, aliique defectionem Britanniæ a Conſtantini tyrannide arreptæ arceſſant, abundè conſtat initium Regni hujus Britannici ad annum 406. rejiciendum eſſe. Primò enim Romanis ducibus Regnum affectantibus deinde etiam ipſis Britannis, & denuò Saxonibus irruentibus, paruit.

(a) Procop. Vand. l. 1. p. 8, 9.

Quoniam

Quoniam autem hæc res ad natale ſolum ſpectat; Romanæ rei interitum, & miros in hac inſulâ tumultus (qui ſemper in veterum periodo, novorumque regnorum exortu, ſolent accidere) Saxonum inſuper adventum, & diros cum Britannis de regimine conflictus, aliquantò latius proſequi allubeſcit: ut Hiſtoriolæ Saxo-Britannicæ cò clariorem facem præferamus. Anno 406. uti diximus, Marcus, Gratianus, coque occiſo, Conſtantinus emerſit & ſtatim ad Gallias majora ſpirans tranſiit. Scripſêre interim ad Honorium Britanni, literaſque, ab Imperatore accepêre, de quibus ſic (b) Zoſimus [Ὀνωρίῳ δὲ γράμματα πρὸς τὰς ἐν Βρεττανίᾳ χρεμάδος, πόλεις φυλάττεσθαι παραγγέλλοντι] Hortabatur quippe Honorius ut rebus ſuis proſpicerent & conſulerent. Hæc eſt prima Britannorum de rebus Imperii nutantibus ad Honorium legatio. Hæc etiam eſt prima epiſtola ab Imperatore miſſa, de quâ Zoſimus nos certos dedit. Tres autem epiſtolas à Britannis miſſas, tradunt & Gildas & Beda noſtrates.

(b) Zoſ. b. 6. p. 830.

	Gildas	Beda *Eccleſ. Hiſt.*
1. Epiſtola	*Pag.* 14.	*Lib.* 1. *Cap.* 12.
Murus è ceſpite ſtructus	*p.* 15.	*lib.* 1. *cap.* 12.
2. Epiſtola	*pag.* 15.	*lib.* 1. *cap.* 12.
Secundus murus cum turribus ad mare	*pag.* 16.	*l* 1. *cap.* 12.
Tertia Legatio	*p.* 18.	*lib.* 1. *cap.* 13.

Anno 411. Conſtantinus Tyrannus, ille prædictus, (*a*) ad Arelate fuſus & denuò interfectus eſt.

(*a*) Proſp. p. 191.

(*b*) Id. Ib.

Anno 413. Pelagius Brito, (*b*) Conſule Luciano, veſana ſua dogmata evulgavit.

Anno 419. Nono ſc. Anno poſt everſionem Romæ à Gothis perpetratam, (*c*) Britanni Borealium hoſtium incurſione miſerrimè vexati, pedem retrò tulere, multique trans mare fugati, in Gallias tendebant, ibique de Patrio nomine regionem Armoricorum Britanniam appellarunt, quæ ducatûs titulo in Galliis etiam hodiè gaudet.

(*c*) Ethelwedus edit Londi, f. 474. *b*.

Anno 420. Epiſtolam & legationem ſecundam ad Honorium tranſmiſſam hoc anno vult (*d*) Bucherius; ex hiſce literis Imperator commotus

(*d*) Bucher. p. 462. *b*.

&

& Britannorum miſertus, legionem integram (e) Gallione ducente miſit : quæ Scotos ſtatim fudit. Hæc victoria è nummis Honorii ultimo loco apud Camdenum repertis patet. Tres enim Auguſtos è literis cuſis facies nummi averſa exhibet : qui hoc Anno tantum, unà extitêre. Uſſerius autem (quem tacere non lubet) hanc legionem Anno 422. ab Honorio miſſam : atque etiam tum temporis murum Ceſpititium inter fretum Edinburgicum & Dunbritannicum conſtructum autumat.

(e) Id. p. 466 b

(f) Uſſer Index Chronol. p. 1076.

Poſt hanc legionem (urgente re Imperii) ex Inſulâ ſtatim revocatam, Honorius Britannis regem de proprio indulſit, ut è Zoſimo neſcio quâ ſorte elicere vult (g) Bucherius. Gratiæ interim Honorio habendæ ſunt à Britannis quam poterint maximæ, quippe jam deſertâ Provinciâ ea concedit, quibus obniti non valuit. At de rege mera eſt hæc Bucherii hariolatio. Quippe è Zoſimo priùs conſtitit hanc facultatem Britannis indultam ab Honorio eadem Anno, quo & Roma ab Alarico pulſa eſt. De aliis autem

(g) Bucher. p. 449. b. Sect. 18.

literis aut conceſſu apud Zoſimum altum ſilentium.

Anno 425. Vortigirnum quendam arripuiſſe ſibi regnum Britanniæ hoc Anno, *(a)* Buchetius ſtatuit; nam apud Chronographum quendam Britannum, ad calcem Ninii appoſitum, in Camdeno ſic legerat [*b*) *Guortigirnus tenuit Imperium in Britanniâ, Theodoſio & Valentiniano Coſs. & in quarto Anno Regni ſui Saxones ad Britanniam venerunt, Fælice & Tauro Coſs.*] Fuere autem Coſs. Valentinianus & Theodoſius, *Anno Chriſti* 425. quarto ſc. Anno jam labente ante Conſulatum Fælicis & Tauri: tum temporis Vortigirnus noſter regnum inchoaſſe videtur, 4to autem abhinc Anno (ſi fides ulla huic Chronographo) venêre Saxones. Anno ſc. 428.

(a) Bucher. p. 481. a.

(b) Uſſer. Brit. Eccl. ſ. p. 402. Priſ. Defenſ. Brit. p. 119.

(g) Uſſer. p. 404.

At (*g*) Uſſerius magnus ille vetuſtatis rimator hujus Chronici itemq; Proſperi Tyronis ſcriptis parciùs innititur, præſertim in hac re: Quippe quod (ſic n. argumentatur) & Gildas & Beda tradiderint literas Ætio ter Conſuli à Britannis priùs miſſas, quam

quam Saxones à Vortigirno invitati in insulam nostram tranaverint. Tertius autem Ætii Consulatus *Anno Christi* 446. contigit, post quem annum Saxonas trajecisse ideo credendum est.

Hæ lites autem de adventu Saxonum ne ulterius trahantur in veritatis dispendium, Authores dissidentes sic componendos esse arbitramur.

Primò statuimus à Romanis Scriptoribus edocti, littora Britanniæ ab antiquo à Saxonibus esse tentata, illosq; prædis undiq; congestis, ad oras Belgii maritimas sæpius remeâsse, nec unquam hic ante annum 428. pedem fixisse. Eodem autem anno, hactenus tamen non invitatos, sed ultrò appulisse verosimile est: nec temerè sententiam Chronographi illius Nenniani, Prisei, Camdeni, Seldeni, Bucherii item repudiandam esse censemus. Quod autem ad Gildam, Bedam, cæterosque Annalistas nostros spectat, si Scripta authorum penitiùs introspiciamus, videre licet Saxonas post Ætium certò advenisse, sed advocatos, invitatos, accersitos esse à rege Britannorũ. Non exinde sequitur Saxonas nondum ultrò advenisse, hoc enim è multis probatæ

batæ fidei authoribus patet. Consu-
(a) Gild. Epist. edit. 1525. 8°. pag. 21. lamus itaq; Gildam ita lectores alloquentem, [*Omnes Consiliarii unâ cum superbo tyranno cæsantur, adinvenientes tale præsidium, imò excidium Patriæ, ut ferocissimi illi nefandi nominis Saxones Deo hominibusq; invisi, quasi in caulas lupi, in insulam ad retundendas Aquilonares gentes Intromitterentur.*] & paulò post [*tum erumpens grex catulorum de cubili leænæ barbariæ &c. in Orientali Insulæ parte, jubente infausto tyranno, terribiles infixit ungues &c.*] videmus Saxonas intromissos, & jussos adve-
(b) Bed. Eccles. Hist. l. 1. c. 14. nisse. De (*b*) Beda autem eadem dictante hausimus [*Placuit omnibus cum suo rege Vortigirno, ut Saxonum gentem de transmarinis partibus in auxilium*
(c) Id. c. 15. *vocarent.*] neq; seciùs in sequen.i (*c*) capite [*tunc* (*i.e.* 449.) *Anno Anglorum sive Saxonum gens invitata a rege præfato Britanniam &c. advehitur.*]
(d) Id. l. 2. c. 5. p. 121. & demum tertiò. (*d*) [*Hingist cum filio suo invitatus à Vortigirno Britanniam primus intravit.*] ac si dixerat, non primus Saxonum simplicitèr, sed primus qui invitatus advenit, vel primus in illo Ethelberti Stemmate de quo capite illo Sermonem instituerat, de

cœteris

cæteris autem rerum Saxonicarum Scriptoribus non laborandum eſt, utpote Bedæ calamo tenaciùs hærentibus.

Imo non latet Bedam Uſſeriumq; ipſum Saxonas in Britannia per 20. propè annos ante 449 affuiſſe. Aſſerunt enim & Saxonas & Pictos ab illo exercitu fuſos eſſe quem Germanus Sacro fonte abluerat ad Annum 430. Quo modo autem Scriptores hi ſibimet conſtare poterint (qui Saxonas in Britanniâ *Anno* 430. prælio victos eſſe ſtatuant, & tamen in Inſulam ante *Annum* 449. vel 450. trajeciſſe non credant) ſi non de ultroneo & invitato adventu melius diſtinxerint. Quod ſi hanc interpretationem noſtram de futuro admiſerint hiſtorici, jurgia ſtatim faceſſere jubebunt. Ab Uſſerii etiam partibus veritas jam ſtabit inconcuſſa Saxonas ab ipſo rege advocatos ante Annum 449. in inſulam noſtram non perveniſſe, ac hoſpitum ſeu auxiliarium more receptos eſſe. Attamen noſtras Oras ultrò velut hoſtes & Scotis Pictiſq; malè fœderatos appetiiſſe ad Annum 428. ut è Chronographo cæteriſq; didicimus.

Diſcuſsis

Discussis itaq; hisce litibus, redeamus ad Britannos nostros sub Barbaris Aquilonaribus gementes, & ad Valentinianum III. secundam Epistolam exarantibus *Anno* hoc eodem 425. In quo, priùs è Chronographo innominato regnum Vortigirni cæpisse diximus. Imperator autem literis annuens, (licet malo loco stetêre res Romanæ,) legionem indulsit & Gallioni in Insulam deducendam commisit; ut credit magnus (*a*) Usserius de hác legione, non priori, uti Bucherius: At non vocat examini.

(*a*) Usser. pag. 1096.

Anno 426 (*b*) Murus lapideus constructus est, seu reparatus forsitàn in eodem loco quo olim Severi inter Novocastrum & Carleolum.

(*b*) Usser. p. 606.

Anno 429. (*c*) Germanus (antequam Palladius ad Scotos dimissus est) Cos. Florentio & Dyonisio, ad Britannos venit.

(*c*) Prosp. p. 194.

Anno 430. (*d*) In agro Flintensi ad oppidum nunc ab Anglis *Mold* dictum, à Cambo-Britannis *guid-cruc*, exercitum Britannicum contra Saxonas Pictosq; profecturum à Germano Sacro baptismate in flumine Aleno tinctum esse aserunt, indeq; locum etiam hodiè

(*d*) Usser. p. 333.

diè nomen *Maes-Garman* retinuiſse. Germanum autem eodem *anno* in Gallias vela dediſſe (*e*) Bucherius aſtruit. (*e*) Bucher. p. 481. a.

Anno 431. (*f*) Palladius ad Scotos mittitur, Baſſo & Antiocho Coſs. annoq; (*g*) Theodoſii 8° (uti ſcripſit Beda) id eſt ab Honorii morte. (*f*) Proſp. P. 194. Ethelwerdus. Uſſer. (*g*) Beda l. 1. c. 13.

Anno 433. (*h*) Germanus Epiſcopus Antiſiodorenſis virtutibus admodum inclaruit *anno* 10. Theodoſii, id eſt poſt Honorii mortem. (*h*) Proſp. p. 52.

Anno 436. (*a*) Bucherius malè interpretans bellum illud ſeu diſſidium *Guoloppinum* apud Chronographum Britannum repertum Vortigirni mortem contigiſſe aſſerit, eodem ſc. *anno* quo Germanus iterum in Britannias rediit. De interitu autem hujus regis latiùs infrà. (*a*) Bucherius. P. 489. a.

Anno 437. Idem (*b*) Bucherius conjicit Ambroſium (filium ſc. Conſtantini Tyranni prænominati) hoc anno ad Solium paternum evectum eſſe & contra Saxonas belligeraſſe; (*c*) eodem anno Notitiam utriuſq; Imperii conſcriptam probare nititur (*d*) Bucherius, quòd ſi verum fuerit, Inde ſatis ſuperq; conſtat hanc Inſulam à (*b*) Bucher. pag. 489 6. (*c*) Uſſer. p. 373. (*d*) Bucher. p. 497. a.

Saxoni-

Saxonibus anno 437 priùs aggreſſam; quippe quod in hac Notitia de Comite littoris Saxonici in Britannia legimus: cujus ſub auſpiciis adverſus incurſiones Saxonum licet nondum advocatorum milites Romani meruêre.

(e) Proſp. p. 52.

Anno 442. Britanniæ (inquit (e) Proſper) uſq; ad hoc tempus variis cladibus eventibuſq; latæ in ditionem Saxonum rediguntur 18. anno Theodoſii ſecundi, id eſt poſt Honorii exceſſum & ſecundo anno Leonis Pontificatum obeuntis. At Leo Papatum obtinuit Valentiniano quintò & Anatolio Coſs. quare annus Leoni ſecundus idem eſt ac præſens 442.

(f) Bed. l. 1. c. 13.
(g) Freculph. p. 637.

Anno 446. Literæ tertiæ cum legatione Ætio 3. Conſuli miſsæ, leguntur apud (f) Bedam. (g) Freculphus item has literas ſcriptas aſſerit anno 23. Theodoſii ſecundi, id eſt, poſt mortem Honorii. i. e. anno 446.

(h) Ethelw. f. 474. b.

Expletis itaq; à Palladii ad Scotos tranſitu 19. annis (inquit (h) Ethelwerdus) Mauritius & Valentinus regnum Romanorum capeſsêre: in quorum tempore à Vurthgerno rege Britonum advocantur Hengeſt & Horſa in locum qui vulgò *Hipwines fleot* nominatur

minatur &c. id est *Ebsfleet* in Thaneto Insula; quod si autem annus 431. cum Palladius (ut prædiximus) advenerit, numero inclusivo computetur, tum demum ad annum 449. deducimur pro Saxonum adventu calculandum. At Martianus (quem sub Mauritii nomine intelligit Ethelwerdus.) Imperium assumpsit anno 450. cum tamen ipse Ethelwerdus Annum 449. non Ziphris sed vocibus ad integrum dilatis appositit: necesse erit ex hujus sententia cæteris etiam accommodata ut Saxonum advocatorum adventum An. 449. esse credamus. Ætius autem & Romani cum rebus Britannorum admodum afflictis nullam opem conferre potuerint, ad Saxonas legationem instituisse Vortigirnum (a) Beda diserte scripsit, Anno 449.

(a) Beda l. 1. c. 15.

Germanum autem in Insulam à Cœlestino prius missum fuisse idem statuit, ante paucos sc. annos advenientium Saxonum. At licet jam crediderim annum 449. veram esse Hengesti accedentis Epocham: cum sc. Saxones invitati sub illius ductu ad Orientales Insulæ partes appulêre: Quod tamen (c) Usserius urgeat

(b) Id. l. 1. c. 17.

(c) Usser. p. 404.

urgeat omnes Anglo-Saxonum historicos hoc aſserere, ac ſi nunquam citiùs propriis conatibus & more hoſtili intraverint, argumentum non adeò nervoſum eſt: quippe quod cœteri Bedam uno tramite & pleriq; nominatim inſequantur. Quod ſi Beda Saxonas invitatos tunc primum adveniſſe tradat, nec de ultroneo priùs adventu renuat, nobis hujus jurgii compoſitio præfata, impræſentiarum probe ſufficit.

Saxones jam à Britannis advocati (*d*) pro Britonibus primùm contra Scotos fæliciter pugnant; locum hujus prælii apud *Stanfordiam* fuiſſe in agro Lincolnienſi (*e*) Huntingtonienſis aſſerit.

(*d*) Beda l. 1. c. 15. p. 58.

(*e*) Hunting. f. 178. a.

Anno demum 448. vel 450. Germanum è vivis exceſsiſſe (*f*) Uſserius credit.

(*f*) Uſſer. p. 382.

Anno 455. ſexto ſc. poſt adventum *anno* Saxones Hoſpites illi fœdifragi (*g*) contra Vuirthgirnum bellum inierunt in campo *Egeleſthrip* hodiè *Ailsford* dicto non procul à Maidſtoniâ in Agro Cantiano, ubi Horſâ interfecto prævaluere Saxones, Hengeſtuſq; Horſæ frater regnum accepit.

(*g*) Ethelwerd. f. 474. b. Uſſer. p. 404.

Malms-

(*h*) Malmsburiensis hoc prælium Cantianum post 7. annos adventus accidisse narrat, aseritq; per 20 Annos levibus præliis pugnasse Saxonas cum Britannis sed quater omnibus copiis. In primâ pugna (inquit) *Katigis* filius Vortigern & Horsa frater Hengisti interempti sunt. (*h*) Malmsb. f. 4. a.

Huntingtonienſis (*i*) insuper asserit *anno* 7° post adventum pugnasse Saxonas apud *Æilstreu*, & posteà ter eodem anno dimicasse: Catigernumq; & Horsam in primo bello occisos esse. (*i*) Hunt. f. 178. b.

At cum Ethelwerdus multò his antiquior & è stemmate Saxonico oriundus cum Ninio, Chronologia Saxonica & Florentio hoc prælium Anno 455. assignent, unà cum (*a*) Usserio hanc sententiam vero proximiorem esse statuo. (*a*) Usser. p. 411.

(*b*) Beda hujus prælii hisce solis vocibus contentus meminit [*Horsus postea occisus in bello à Britonibus, hactenus in Orientalibus Cantii partibus Monumentum habet suo nomine insigne.*] (*b*) Beda. l. 1. c. 15.

Quatuor prælia ab Huntingtonienſi commemorata & hoc anno Commiſſa ſic ſe habent.

PRimum apud fluvium *Derwent* à Vortimero rege Commiſſum è Ninio tradit (*c*) Uſſerius, ubi hodiè ad clivi pedem ſedet oppidũ Cantii mercatorium non incelebre hodiè *Darent-ford* ſeu *Dartford* dictum. In Ericeto paululum Montano ad Occaſum oppido connexo, hodiè *Dartford Heath* ſeu *Common* appellato, foſſas atq; aggeres Militares plurimos, exercitus olim Caſtrametantis manifeſta τεκμήρια nuper conſpexi. Secundum prælium apud *Epiſford* fuiſſe (*d*) Ninius tradit: alii veriùs locum dixêre *Eigilesthrip*, ſeu *Aigilesford*, hodiè *Ailsford* ad flumen *Médway* poſitum non procul à Caſtro *Thong* dicto, ubi Hengiſto manſionem conceſſerat Vortigernus. In hoc loco Catigernus occiſus eſt, & Monumẽtum *Kits Cot-houſe* nominis memoriam retinens à quotuor Saxis immanibus conſtructum etiamnùm conſpicitur.

(*c*) Uſſer. p. 411.

(*d*) Uſſer. ibid.

Tertium

Tertium prælium apud *Ælſtreu* accidiſse narratur, hodiè *Eaſtree* dictum in Orientali parte Cantii, ubi Monumentum Herſæ olim extitiſse memorat (*e*) Beda. (*f*) Fabianus aſserit in 3° prælio juxta mare Saxonas eſse devictos & exinde in Inſulam uſq; Thanetum eſſe depulſos. *Eaſtry* enim (loci hujus prælii ab aliis deſignati) viculi & centuriæ etiam nomen adhuc reſtat juxta Thanetum non procul à Sandwico Portu.

(*e*) uſſer. p. 402.
(*f*) Fabian. p. 75.

Alii Horſam eodem prælio tradunt occiſum eſſe, quo & Catigernus ſuprà memoratus, & *Horſted* viculum de nomine Horſæ ducis occiſi jnxta *Chatham* & *Rocheſter* inſignitum. Quibus aſsentire malim teſtibus pluribus & gravioribus innixus. Attamen tertium hoc prælium apud *Elſtree* ſeu *Eſtry* Commiſsum eſſe cenſeo: Horſam verò priùs occiſum apud *Ailsford.*

Quarto denique prælio Saxonas cum Britannis conflixiſſe narrant apud (*a*) *Stonar* ſeu lapidem tituli, locum eodem nomine in ipſâ Thaneti inſulâ etiam hodiè guadentem. Tum ſuperatos Saxonas & ad naves uſque repulſos

(*a*) uſſer. p. 413.

repulsos asserunt. Alii prælium etiam contigisse narrant apud (b) *Colemore* & Saxonas cæsos. At an locus idem hodie *Calemore* vel *calehill* audiat, non facile dixerim licet, ab incolis audivi de prælio olim ibi confecto.

(b) Fabian. p. 75.

Anno 457. Vortimerus bellicosus admodum Britonum dux è morbo periit (c) decimo Anno Leonis Pontificis.

(c) Huntington.

(d) Ethel. fol. 474. b.

(d) Post biennium (inquit Ethelwerdus) id est post 455. Saxonas bellum contra Britannos iteraverunt, ubi è Britonibus 4000. cecidêre. Locus prælii fuit apud (e) *Creganford* nunc *Crayford* in Cantio, ubi propè Ecclesiam ad boream in campo magnâ strue m ossium nuper repertam anno 1657. ab incolis accepi.

(e) Hunting. fol. 1786. Ussher. p. 414. Chron. Scir.

Anno 465. Altera pugna apud *Wippedsfleet* nunc *Ebsfleet* dictum, viculum in insulâ Thaneto, commissa est; (f) post 8. annos à priore prælio elapsos, ubi 12 Britonum duces cæsi sunt: locus autem à (g) *Wippedo* celebri Saxonum duce ibidem trucidato appellatus est, à (h) Thorno *Hepesfleet*. Anno 466. Vortigirnus ab Aurelio

(f) Ethel. fol. 474. b.

(g) Chron. Saxon.

(h) Thron. Ch. 1915.

Aurelio Ambroſio combuſtus eſt in vico (*i*) *Genoveo* non procul à Monumethenſi oppido: Qui Regnum quarto anno ante Saxonum adventum inierat, i.e. anno 425. licet Uſſerius Saxonas anno 449. vel 450. ineunte adveniſſe ſtatuat: intelligendus eſt de adventu ex invitatione Britonum, cum (ut priùs narravimus) conſtat Saxonas Britanniam ultrò petiiſſe anno 428. & Vortigirnum in anno quarto præcedente capeſſiviſſe regnum. Hoc anno itaque Aurelius Ambroſius Sceptrum Britannicum moderari cæpit, & à (*k*) Bedâ vir modeſtus dicitur, (*l*) filius ſc. Conſtantini Tyranni Zenone Imperante purpuram induit, poſtquam è cæde apud *Stonehenge* juxta Ambrosbiriam in Agro Wiltonienſi ab Hengiſto perpetratâ, ut ferunt, evaſerat. [*Solus fortè* (inquit, (*a*) Beda,) *Romanæ gentis qui prefatæ tempeſtati ſuperfuerat, occiſis in eâdem parentibus regium nomen & inſigne ferentibus*] de eodem (ſub Zenone) apud Britannos regnante meminit *P.* (*b*) Diaconus in continuatione Eutropii. Zeno autem inter annos 474. & 491. Imperium Orientale adminiſtravit.

(*i*) Uſſer. *pag.* 1115.

(*k*) Beda, *l.* 1. *c.* 16.

(*l*) Uſher. *pag.* 373.

(*a*) Beal. 1. *c.* 16. 21 Gildaſ. *p.* 24

(*b*) P. Diaun. ad eutrop. *l.* 16. *p.* 162.

(c) Ethel. fol. 474. b. Chronol. Sax.

Anno 473. Iteratò conflixêre (c) Britanni cum Saxonibus at locus prælii non apponitur.

(d) Ethel. 16.

Anno 477. (d) Ella tribus filiis & copioso milite comitatus ad *Cymenesoram* appulit, & Britannos in loco *Aldredesleage* dicto prosecutus est. Portus ubi appulêre hodie *Shoreham* dicitur in Agro Sussexiano, *Aldredesleage* etiàm ab aliis *Andredeswalde*, seu nemus Anderidum per 120 mill. pass. in comitatibus Sussexiano & Cantiano extensum hodie *the wild of Sussex and Kent* appellatur; civitas autem Britannorum antiqua, in Imperii notitiâ *Anderida* dicitur, & à Saxonibus *Andredceaster* in occidentali parte Cantii a novo riculo è ruderibus antiquæ urbis tunc prostratæ emerso *Newenden* vocatur, non procul à portu *Rye* in eodem Agro Sussexiano posito.

(e) Ethel. 16. & Mereredes burne Hunt. fol. 179. a forte.

Anno 485. aliud prælium inter eosdem hostes commissum est apud (e) *Mercredes burnam steed*, aliis *Mercredes Rilear*, aliis *Burnamstede* corruptiùs dictum: Crediderim locum hunc apud Suthsaxonas positum, sed ubi præcisè ponendus sit; hactenùs non didici: nisi fortè sit *Bourne* in Sussexiâ.

Anno

Anno 488. Hengistus (f) diem clausit, annoque ab adventu 39. Cum autem Annus 495. octavus à morte Hengisti apud (g) Malmsburiensem dicatur, exinde sequitur 488. sc. esse mortis Annum, cum quo benè quadrat, quod mortuum asseruerat Anno adventus 39. proindeq; Hengistum ad oras nostras applicuisse anno 449. abundè constat, uti in præfatis censuimus.

(f) Ethel. fol. 475. Chronol. Saxon. p. 508.

(g) Malmsb. fol. 40.

(h) Id. fol. 5, 6.

Hoc eodem anno itaque *Escus* Hengisti filius apud Cantianos regnum suscepit. Malmsburiensis & Chronologia Saxonica illum Annis 24. regnasse statuunt, Huntingtoniensis perperàm 34.

Anno 495. (a) *Cerdicus* cum filio *Cinrico* ad Britanniam vela dedêre. Qui postea Regnum West-Saxonum in tractu occidentali Britannis miserè concisis extruxit.

(a) Ethel. &c.

Anno 508. (b) *Natanleodus* Britannorum Rex apud *Clerdicesforde* hodiè *Chardford* in agro Hamptoniensi truncatur, ibique Britannorum 5. millia cecidêre. Hunc regem *Utherum pendraconem* esse conijcit (c) Usserius, atque ex illo tempore magnanimum *Ar-*

(b) Id. f. 475. a.

(c) Usser. p. 65.

thurum Regnum capeſſere ſtatuit. (*d*) Huntingtonienſis etiam *Arthuri* Regnum ad tempora Cerdicii recjicit, hic autem *Arthuri* Stemma apponere libuit.

(*d*) Hunting. fol. 180. *a.*

A.406. Conſtantinus---v--Uſſ.p.514.
Tyrannus.
A.425. Vortigernus.
455. Vortimerus.
457. Vortigernus iterum.
A.466.——————Aurelius Ambroſius.
A.498.——v——Utherus Pendraco frater Aurelii. Matth. (Weſt.
A. 508. Arthurus
Anna——v—Lothus rex Pictlandiæ, Uſſer.p.1135.
Mordredus.
Walganus.

Anno 512. *Octa* in Cantio regnare cæpit, Polychronicon annos Regni 22. appoſuit. Tabulæ autem Savilianæ 20. Anno 519. Regnum Weſt-Saxonum, à Cerdicio cæptum eſt. Anno 520 bellum illud *Badonicum* celeberrimum ab Arthuro cum Saxonibus conſertum eſt, ubi & hodie non procul ab urbe Bathonià in locis montanis & con-

confragosis *Bannes downe* dictus manifesta castrametationis vestigia cernuntur, etiam quæ mihi vidisse contigit.

(e) Bucherius cortuptè admodum tempus hujus prælij in annum 472. conjecit. Beda hoc prælium 44. annis ab adventu Hengisti posuit, sed perperam malè intellecto Gildâ; è quo narrantiunculam per errorem hausserat. Usserius enim (b) *M.S.* Cantabrigiensi usus intelligit Gildam de 44. anno, post bellum Badonicum locutum esse; quo & anno natus est & è parentibus didicerat eodem anno nativitatis suæ Saxonas ab Arthuro in monte Badonico fusos: Prælium autem hoc insigne ad annum 520. à Mathæo Westmon. ponitur.

(e) Bucher. pag. 489. b.

Gild. pag. 25.

(b) Usser. p. 477

Anno 532. (c) *Octa* seu *Otha* 20 *Annis* regni elapsis jam defuncto. Succedit in Solio Cantiano filius *Irmenricus* seu *Ermericus*; cujus regni spatium per 28 annos duravit, ut ex Ethelberti initiis à Beda certò traditis patet.

(c) Savil. T. 2.

Anno 542. Bellum *Cambalanicum* Arthuri consertum est (d) *Anno* 22. post prælium Badonicum: ubi loci (hodiè *Camelforde* dicti) in agro Cornubiensi

(d) Prisc. deten. Brit. Histor. p. 122. Usser. Eccles. Brit. p. 401.

nubiensi è vulneribus conceptis mortuus est. Mortuo jam præstantissimo duce *Arthuro*, pollebant undique Saxones, & Britannos ad occidentales Insulæ partes pepulêre. Ex illo tempore crediderim sanè pro situ locorum, quo fugerant Britanni in prærupta montium, varios regulos exortos esse in variis Insulæ partibus, utpotè in Damoniâ & Cornubiâ unum; in Demetarum regione seu Southwalliâ alium; In Venedotiâ seu Gwinedhland, *i. e.* Northwalliâ alium in; Cumbriâ denique alterum.

Damoniæ,

Damnoniæ.

542. *Constantinus Cadoris* fil. & Catulus Damnoniæ. Gild. p. 27. Usser. p. 537 & 1137.

545. *Aurelius Covanus* Mat. West. pag 101. Gild. p. 28. Usser. p. 537.

588. *Geremius* Usser. p. 1148. qui & mortuus, *Anno* 596.

556. Alter Rex Usser in Indice.

Demetiæ.

578. *Vortiporius*, Math. West. pag. 103. Gild. pag. 29. Usser. p. 537.

595. *Theodoricus* seu *Teudric.* Usser. 1150. *Mouricus* seu *Mauricius* Glamorganiæ Rex. Usser. *Ibid.*

890. *Hemeidus*, Usser.

946. *Leolinus.*

Venedotiæ.

Venedotiæ.	*Cumbriæ.*
543. *Cathwallanus*, Uſſer in Indixe.	543. *Markenus*, Uſſer. p. 1138.
544. *Malgo*, ſeu *Maglocunus* nepos. Uſſer. p. 1138. & 581. Uſſer. 1146. Gildas vocat draconem Inſularem ob ſedem in *Angleſiâ*.	946. *Dumail*, Uſſer.
593. *Careticus*, Uſſer. p. 1149. *Anno* 586. Idem Rex, Mat. Weſt.	*Cuneglaſus*, apud *Gildam*, p. 30. quis ſit quære.
613. *Cadwan.*	
633. *Cadwalinus* Mat. Weſt. mortuus eſt 676, Mat. W.	
676. *Cadwaladrus*, Mat. Weſt.	

Anno

Anno 560. *Ethelbertus* Cantii Rex hoc *A.* è (*a*) Bedæ Calculo pro certo regnum auſpicatur, & primus regum Saxonum ſacro baptiſmate ablutus eſt. (*a*) Bed. l. 81. Chron. p. 510.

Anno 564. Gildas hoc Anno querulam conſcripſit Epiſtolam in quâ Tyrannos alloquitur, nec exinde credo omnes Gildæ coævos eſſe; ſed aliquos ætate præiviſſe per Rhetoricam proſopopæiam introductos: alii autẽ ex illis eadẽ ætate erãt ſuperſtites, ut in præpoſitâ tabellâ videre eſt, qui in variis partibus Inſulæ Saxonũ conatibus obſtitêre. Hic etiam Annus eſt 44us à bello Badonico & â Nativitate Gildanâ, prout ipſe teſtatur in hac Epiſtolâ correctius intellecta.

At de Saxonum regno jam non ſolùm exorto, ſed & potentèr corroborato, hoc commemorandum reſtat. Quod licet poſt Hengiſtum cæteroſq; priores reges aliquandiu 7. regna floruêre ſimul in hoc Auſtrali Inſulæ tractu: Quidam autem ex 7. cæteris regibus præeminuit, aliis quaſi ſubregulis aliquantulum imperitans, uti Beda aliique apertè teſtantur. Ille autem qui primus tenuit, Regni hujus Saxonici Monarcha habendus eſt.

Beda

[a] Beda l. 2. c. 5.
(b) Ethelw. f. 478.
(d) Huntingt. f. 180. b. & 197. b. Florent. 580. Hored. f. 236. a.

Beda quidem ab *Ella* incipit: quoniam Hengisto adhuc regnante nondum aliud potentius regnum exortum est. (c) Ethelwerdus & (d) Huntingtonienſis Oſwium 7um & Egbyrthum 8um nominant. At ſi Saxonum reges potentiores enumeremus ad Egbertum uſque (qui *Anno* 800. regnare cæpit primus, regulis omnibus diſſipatis Monarcha Anglorum) à quo reliquos in hodiernum diem cuiq; obvium eſt recenſere, ordo ſic conſtabit.

Speds, p. 282. *Anno* 455. 488.

1. *Hengiſtus* Cant.
2. *Ella Auſtral.* Sax.
3. *Cerdicius* Occid. Sax.
4. *Cenricus* Occid. Sax.
5. *Cheulinus* Occid. Sax.
6. *Ethelbertus* Cant.
7. *Redwaldus* Orient. Angl.
8. *Edwinus* Northumb.
9. *Oſwaldus* Northumb.
10. *Oſwius* Northumb.
11. *Vulferus* Merc.
12. *Ethelredus* Merc.
13. *Cenredus* Merc.
14. *Chelredus* Merc.
15. *Ethelbaldus* Merc.

16. *Offa*

16. *Offa* Merc.
17. *Egfridus* Merc.
18. *Cenwolfus* Merc.
19. *Egbertus* Occid. Saxon.

Anno 800.

At ſatis ſuperquè jam de regno Britannico.

VI. *Anno Chriſti* 407. *Regnum Suevorum primò in Galliâ, deinde in Hiſpaniâ radices egit.*

SUevos olim inter Rhenum Albimq; ſitos, è Strabone, Tacito & Dione docet (a) Bucherius, & unà cum Maroboduo rege in Bojohæmum tranſlatos (b) Gregor. Turonenſis Alamannos etiam vocat, voce ſc. admodùm generali: Regionem autem quam in Germaniâ primitùs obtinuêre, ante egreſſum è propriis ſedibus, è Jornande hiſce terminis præcluſam diſcimus. Ab oriente Suevia Bajobaros (ſeu Bavaros) proſpicit, ab occidente Francos, à Meridie Burgundiones, à Septentrione Thuringos. Ex hoc tractu locorum

(a) Bucher. p. 51.
(b) Greg. Tur. l. 2. c. 2. p. 28. lin. 39.
(c) Jorn. Get. c. 55.

locorum Stilichonis impulsu unà cum Burgundionibus, Alanis, Vandalisq; excitos Rhenum transgressi in Gallias eodem simùl *Anno* pervenêre, *i. e. Anno* 407. de quo Anno fusiùs in cæteris. Tumultuario deinde motu per Gallias hinc & inde fluitantes, biennio statim elapso, in Hispaniis tandèm consedêre. At de ingressu in Hispanias nè hallucinemur, *(d)* Idatius in Chronico huic eruptioni Annum æræ Hispanicæ 447. assignavit: atque cum illo quadrasse Christi Annum 409. *(e)* Vasæus statuit. Denuò nè omnino falsi simus *(f)* Idatius Annum Honorii 15. Olympiada 297. nec non consulatum Honorii 8um & Theodosii 3um connectit. At omnes hi Characteres cum Anno 409. coincidunt. Imò insuper & alterum Characterem ferialem sc. apposuit, ut exinde & diem primi introitus probè teneamus. Secundum alios inquit 4 Kal. At alios 3 Id. Octob. fer. 3. Jam, Anni 409. Cyclus ☉ fuit 27. Litera Domin. C. Ideóque 4 Kal. Octobris feriâ 3. accidit.

(d) Idat. p. 21. a.

(e) Vas. Hist. Hisp. p. 658. lin. 55.

(f) Idat. ibid.

Cassio-

Cassiodorus adhæc, licet de Suevis reticuit, Vandalos tamen (cum quibus Suevi unà inibant) Hispanias subintrasse, iisdem Cos. narrat. (g) Prosper autem Suevorum disertè meminit: eosdemq; Cos. quos & Idatius apposuit, licet annum 410 perperàm designaverat, ut cuivis è Fastis Consulum cum ærâ Christi connexis appareat. Quare licet Isidorus æræ Hisp. annum 446. huic incursioni affixit, non opus est ut exinde calculo nostro mora trahatur, cum Idatium multò antiquiorem, imo hisce rebus penè cœvum, secius scripsisse probavimus.

[g] Prosp. p. 51.

(h) Id. p. 191.

Sedem autem Regni in Gallæciâ posuisse (a) idem apertà voce testatur: exhibeamus itaq; Regum tempora in serie propria sibimet mutuò insequentium.

(a) Idat. 21. B.

407. I. *Ermericus*, (b) Idatio *Hermericus* & (c) *Hermigarius* dictus. Anno Theodosii 14. *i. e.* ab Honorii morte, morbo oppressus (d) filium *Rechilam* in solio constituit, *i. e. Anno* 438.

(b) Id. p. 22. a. 23 3.
(c) Id. p. 22. b.
(d) 22. b.

438. II. *Rechila* seu *Rectila* & *Reccilanes* dictus regnare cæpit hoc *Anno*, patre adhuc è morbo decumbente;

bente; post 7 annos morbi, ingruentis & duos à traditione regni moritur Ermericus Anno 440. inquit (e) Isidorus. Anno 441. inquit (f) Idatius. Ab anno 440. 8. annos regni dinumerat Isidorus, & mortũ asserit 4° 448. quo & eodem anno illius mortem posuit (g) Idatius (*Anno* 24 Theodosii, *i. e.* a morte Honorii) *Emeritæ* mense Augusto.

(e) Isid. p. 738
(f) Idat. p. 24. a
(g) Idat. p. 24. b

448. III. (h) *Rechiarius* filius *Rechilæ* sceptrum moderatur in Gallæcia, & 9 Annis regnat. Nam *Anno* 457. à Theodorico Gothorum rege victum tradit Idatius; licet ejus Character ferialis ad superiorem annum nos ducat.

(h) Id. ib.
(i) Isidor. p. 738.

Anno 457. IV. (k) *Achiulfus* seu *Aiulfus* præficitur Suevis à Theodorico, & dum regnum Suevorum spirat, (l) moritur mense Junio. *Anno* insequenti Rechiarius (m) occiditur mense Decembri.

[*] Laz. p. 382 & Vasæus.
(l) Idat. p. 27. a.
(m) Idat. 26. b.

458. V. *Maldra* Massiæ filius à Suevis concessu Theodorici Rex eligitur; pars autem *Frantanem* vel *Frantam* regem insecuta est. (n) Illo autem mortuo Maldra regnum occupavit

(n) Isid. p. 738.

vit integrum, & jugulatus interiit in fine (o) Menſis, Feb. 460. (o) Idat. p. 24. b.

460. VI. *Frumarius*; Diſſidium de regno inter illum & Reccimundum ſeu Remiſmundum.

463. VII. (p) *Remismundus* (q) Maldræ filius priore mortuo omnibus Suevis imperitat. Iſidorus ad Annum 464. reponit. At malim Idatium tum viventem in Hiſpania inſequi, (p) Idat. p. 28. 2. (q) Iſid. p. 719. & 739.

Poſt varios deinde (r) *Suevorum reges, Arrianiſmo tinctos, regia poteſtas ad Theodemirum delata eſt.* (r) Id. p. 739.

563. VIII. *Theodemirus* regnat, atteſtante (a) Vaſæo hoc Anno & inſequenti concilium Bracarenſe celebrat. (a) Vaſ. p. 674.

568. IX. *Miro* Suevorum Rex efficitur, Anno (b) 4to Juſtini, & regnavit annis 13, (c) Iſidoro teſtante. (b) Johan. Biclarienſis, p. 13. (c) Iſid. p. 739.

582. X. *Eubricus* (d) filius Mironis ſeu Euricus dictus. Abbati Biclarienſi Eburicius, (e) 1° Mauritii regnum accepit. (d) Id. p. 740. (e) Biclar. p. 15. 2.

(f) Biclar. p. 15. b.

583. XI. *Andica* contra (f) Euboricum insurgens regnum Suevorum Tyrannicè assumit, *Siseguntiam* relictam Mironis in conjugem ducit, Eboricum in Monasterium concluſit. Anno autem proximo (g) *i. e.* 584. *Leovegildus* Visigothorum Rex Andecam regno privat, Suevorum gentem, thesauros & patriam in potestatem suam redigit, regionemq; Gallæciam in Provinciæ formam composuit, Gothisque subjecit; Duravitque inquit Isidorus hoc regnum Suevicum per annos 177. Subductis etenim è 584. annis 177. restat annus 407. in quo sumpsit exordium.

g) Vasæus p. 678.

584.
177.
407.

VII. Anno

VII. A.C. 407. *Alanorum Regnum in Galliis primò, & Hiſpaniis aliquandiù duravit.*

ALani olim trans Tanaim inter gentes Scythicas habitabant, ex montium appellatione, cenſente *(h)* Ammiano cognominati ſunt, non procul à Riphæis montibus, ubi & montem *(i)* Alaunum poſuit Ptolomæus in Sarmatia Europæa. *(k)* Sidonius Alaunos Caucaſigenas vocat, ac ſi in Sarmatiam uſque Aſiaticam ſe extendiſſent: *(l)* Claudianus autem Ptolomæo accinens ad Tanaim in Europâ poſuit, non procul à paludibus Mæoticis.

(h) Ammian. *pag.* 787. *p.* 392, & 393.

(i) Ptol. Geog. *lib.* 3. *c.* 5.

(k) Sidon. *l.* 4. Epiſt. & *P.* Diac. Hiſt. Miſcell. *l.* 21. *p.* 643.

(l) Claudian, *lib.* 1. in Ruffin, *v.* 312.

—*Patriamque libens Mæotin Alanus.*

Tanaitas itaque è conſuetudine dici & Gruthungis confines idem *(a)* Ammianus tradidit, *vide in M. Antoni-*, pag. 88. *Capitolinum.*

(a) Ammian. *p* 791. *Qui et Argunthis.* Scytharum *i. e.* Alanorum regis meminit, *pag.* 467.

Ab his Alanis Gordianum tertium, Imperatorem repulsum esse Julius Captolinus narrat, annum juxta 243. In Pannoniâ autem permissu principum Romanorum, ex avitis sedibus motos primum consedisse (b) Jornandes narrat; (c) Vasæus à Constantino hasce regiones accepisse conjicit. At Ammianus Alanorum eruptionem multò seciùs dispositi. Gothi enim necessitate postremâ adacti (d) (inquit) Chunorum Hunnorum et Alanorum aliquos ad Societatem spe prædarum ingentium asciverunt; unde constat Alanos, è propriis sedibus à Gothis in auxilium advocatos eo Anno quo Gratianus 4tò. & Merobaudes Consulatum agebant. *i.e. A.C.* 377. Utrum confecto bello contra Valentem recessêre, an unà cum Gothis Vandalisque ex illo tempore in Thraciis Pannoniisq; permansêre, non liquet. Crediderim sanè dulcedine soli Romani captos, et spretis postea Sarmatiæ horridis montibus, in his regionibus delituisse. At licet de proprio regno jam constituto non appareat, conjicerem verò ad Mæotica stagna nunquam remeasse, sed inter

(b) Jorn. Get. c. 31.
(c) Vas. p. 613. in Hisp. Chron. c. 14.
(d) Ammian. p. 811.

con-

contribules obscurius vixisse; donec evocatis indiès è Sarmatiâ pluribus sociis, tandē ultimo * pridiè Kal. Jan. *Anni* 406. unà cum cæteris Rheno trajecto Gallias ingressi fuerint, ut ex dictis & mox dicendis patet. * Prosp. p. 191.

An verò sibi regem ante hanc Gallicam irruptionem primitùs constituerant, haud dixerim: At cum limitem Rhenanum transibant, Resplendialem regem illis prælatum ex (e) historicis probe novimus. (e) Bucher. Belg. p. 401. b. 428. b. 437. a.

407. I. *Resplendial* cum Alanis in Gallias erupit. *Nam ante biennium Romanæ irruptionis* (*i. e.* Romæ ab Alarico captæ) *Excitatæ per Stiliconem gentes Alanorum, &c. Francos proterunt, Rhenum transeunt, Gallias invadunt, directoque impetu Pyrenæum usque perveniunt*, inquit (f) Orosius Hispanus hoc ævo superstes. Roma autem ab Alarico irrupta est, *Anno* 410. Biennium præcedens cum anno 408. coincidit. Annus itaque ante biennium necesse est, ut cum 407. quadret. Quo ineunte Alanos Rhenum transivisse è Prospero priùs hausimus. Quod ut chariùs adhuc innotescat ex (a) Orosio (b) Idatio aliisque didicimus (f) Oros. l. 7. cap. 40. (a) Oros. l. 7. c. 38. (b) Idat. p. 11, 12.

Alanos uno eodemque Anno, ſub rege etiam (c) Reſplendiano, cum Suevis copias ſuas in Hiſpaniam immiſiſſe. At Suevi ut è præfatis liquet anno 409. poſt biennii in Galliis moram menſe Octobri in Hiſpanias effudêre catervas; proindeque & idem ſimilitèr & eodem tempore Alani peregere.

(c) Vaſcæns. p. 635. l. 3. Bucher. p. 436. b. Sect. 6.

Quas autem regiones Alani noſtri jam in Hiſpaniis poſiti tenuêre, docet (d) Idatius [*Alani Luſitaniam & Carthaginienſem provincias ſortiuntur.*]

(d) Idat. pag. 21. b.

Anno 412. II. *Goar* Rex Alanorum ut conjicit (e) Bucherius in Galliis adhùc reliquorum: An univerſis præfuit non, admodum liquet.

(e) Bucher. 437.

[*Anno* 413. III. *Sambida Rex Alanorum Valentiam ad Rhodanum tenuit. Quem Goaris ſucceſſorem, ſi non & filium exiſtimat Bucherius,*] ſed de hoc rege infrà.

(f) Id. pag. 441. a.

Anno 416. III. *Ataces* Alanis in (g) Hiſpania præfuit, hoc anno Atacem extinctum ſcribit (h) Idatius, 24. Honorii annectens; numeratis ſc. annis à dignitate Auguſtali, *A.* 393. per Theodoſium ante mortem collata.

(g) Iſid. p. 716. (h) Idat. pag. 22. a.

Eclipſim

Eclipſim item ☉ 14. Kal. Auguſti et Zoſimi Pontificis initium in unum compoſuit. Narratque Alanos adeò internecivé à Gothis cæſos, ut pauci ſuperſtites abolito (aliquandiu) Regni nomine in Gunderici Vandalorum regis patrocinium ſe contulêre. (*i*) Vaſæus Atacem à Vallià Viſigothorum rege, *A.* 421. percuſſum aſtruit, atque inſuper Alanos adeò inſigniter attritos ut Gunderico Vandalorum Regi in Bæticâ degenti (Vandalis nondum in Affricam trajectis) ſe ſubjeciſſe: At poſtea quoſdam ex *A*lanis unà cum Vandalis in *A*ffricam profectos è (*k*) Procopio ſcimus. Ante hanc migrationem *A*lanos é jugo Gunderici ſe ſubtraxiſſe narrat Vaſæus, *A.* 422. & in Carthaginienſi provinciâ vixiſſe ſine Rege proprio Romanis Vectigales. A quibus regio circumpoſita Cataloniæ nomen acquiſivit.

(*i*) Vaſ. *p.* 661.

(*k*) Procop. p. 61.

Conciſos & cum aliis jam permiſtos Alanos Hiſpanicos audivimus. Redeamus itaq; ad Alanos Gallicos.

435. IV. *Eoedarichus* (*a*) rex Alanorum contra Gallos Armoricos ab Ætio miſsus eſt.

(*a*) Bucher. p. 441. a.

440. V.

440. V. *Sambida.* Deſerta (inquit (*b*) Proſper) Valentinæ urbis rura, Alanis, quibus Sambida præerat partienda traduntur; & iterum ad Annum 442. (*c*) Alani, quibus terræ Galliæ ulterioris cum incolis dividendæ à Patricio Ætio traditæ fuerunt, reſiſtentes armis ſubigunt, & expulſis dominis terræ poſſeſſionem vi adipiſcuntur.

(*b*) Proſp. p. 52.

(*c*) Id. ib.

450. VI. *Candaces.* Alii Alani ſub Marciano Imperatore in Pannoniis Mæſiiſq; degentes, regnante Candace, ſedes (*d*) ab Imperatore accepêre. Hos Alanorum poſteros, qui è Pannoniis cum patribus non egreſsi ſint, eſſe conjecerim.

(*d*) Jorn. p. 688.

451. VII. *Sangibanus* alter rex Alanorum & Eocdarichi in ſolio (*e*) ſucceſsor, ſub Ætio Romanorum duce velut confœderatus contra Attilam Hunnum in Campis Catalaunicis fœlici exitu pugnavit, & (*f*) Aurelianam urbem ſub ditione retinuit.

(*e*) Bucher. p. 512. b. Sect. 4. & 513.

(*f*) Jorn. p. 665. & 666.

455. VIII. (*g*) *Beurgus* Alanorum rex Gallias undiq; infeſtavit ad Maximi

(*g*) Jorn. p. 678.

mi Imperatoris initia. (*b*) Biorgor à P. Diacono dictus est. Natus est avo Vallià Visigothorum rege (uti (*i*) Sidonius testatur) Ricimer quidam :

(*b*) P. Diac. ad Eutrop. continuat. p. 150.

(*i*) Sidon. in Paneg. in Anthem. v. 363.

——*Nam patre Sueuus*
Agenetrice Gethes, simul & reminiscitur illud,
Quod Tartessiacis avus hujus Vallia terris
Vandalicas turmas & juncti Martis Alanos
Stravit, &c.——

Qui Beurgum sc. occidit ad pedem montis (*k*) Bergomi in Liguriâ Italiæ Provinciâ. 6. Feb. Calvis Beurgus enim Alanos suos Italiæ admoverat prædabundos An. 464.

(*k*) Marcellin. Com. p. 48. b. Cassiod. Chron. p. 1365. b.

Ab hoc tempore, de regibus Alanorum a'tum est silentium. Hinc crederem alios Vandalis mistos in Africam transiisse, cæteros Visigothorum Imperio jam satis amplo penitus acceisisse, nec in Hispaniis aut Galliis sub propriis regibus unquam abhinc apparuisse, extincto utiq; regno. Duravit autem non diu, quippe (licet ob Historicorum penuriam, regum serie inter-

464. 407. 57.

interturbatâ) in hiſce regionibus prædictis ab Anno ſc. 407. ad 464. per 57. annos.

VIII. A.C. 407. *Vandalorum Regnum primò in Galliâ, deinde in Hiſpaniâ, & poſtremò in Africâ, ubi & emarcuit.*

(a) Tacit. de Germ.
(b) Plin. l. 4. c. 14.
(c) Jorn. p. 641.

Vandalos è (a) Tacito, (b) Plinioque, Balthici maris accolas olim fuiſſe diſcimus. (c) Jornandes itaq; è Dexippo de migratione hujus gentis verba inſtituens, ab uſq; Oceano (Borealem Germaniæ tractum alluente) ad Romanum limitem vix Anni ſpacio perveniſſe tradit. Procopius illos (d) veteres obtinuiſſe ſedes ad Mæotidem narrat. (e) Dio interim Marco Antonino Imperante ad Daciam uſq; profectos & Aſtingos vocitatos aſtruit. A quo nomine non multùm abhorrens (f) Jornandes, regalem Vandalorum familiam ex Asdingorum ſtirpe profluxiſſe tradit. Ducibus item Rhao Rhaptoq; ſubditos tum temporis retulit Dio. Primævas autem à migratione ſedas à Conterminis gentibus

(d) Procop. p. 9.
(e) Dio. l. 71. p. 807.
(f) Jorn. c. 22.

(g) Jor-

(g) Jornandes ita distinxit. Respexére sc. Vandali ab Oriente Gothos, ab Occasu Marcomannos, à Septentrione Hermunduros, à Meridiè Istrum seu Danubium juxta amnem Marisiam, qui in Tibiscum se exonerat, Tibiscus autem in Danubium, ubi loci (recedentibus posthæc Vandalis) in Daciâ sc. Mediterraneâ Gepidæ posuêre pedem. In hisce autem plagis Vandalos moram nectentes à Gebericho Gothorum rege bello lacessitos esse, regemq; eorum Wisimarum seu Visumarum in prælio tum prostratum occubuisse (h) Jornandes aserit. E quâ strage, Vandali qui evaserant, Pannoniam à Constantino principe expetitum accepêre; ibiq; per annos plùs minùs 40. sede quasi fixâ, Imperatorum decretis religiosè parebant. At (a) Gratiano tandem Imperii fasces moderante, in Gallias irrupêre, sed infausto statim Omine ab eodem in propria detrusi, recessêre An. 378. Post multos abhinc annos à Stilichone evocati Galliis occupandis summo studio inhiabant.

(g) Jorn. p. 641.

(h) Jorn. pag. 641. & 655.

(a) Jorn. p. 378.

Isidorus ex Orosii sententiâ à Stilichone excitos tradit, ante biennium irruptionis

Isid. p. 732

444. irruptionis urbis Romanæ : æræque
138. Hiſpanicæ annum aſſignans 444, nos
deducit ad annum à ſalute reparatâ
406. 406. Nec abludit Caſſiodori calamus, qui tradit Vandalos unà cum Alanis trajecto Rheno in Gallias penetrâſſe Arcadio 6. Proboq; Coſs. id eſt An. 406. De hoc autem temporis internodio, in ſectionibus de Burgundionum, Suevorum, Alanorumq; regnis plura retulimus penſitanda; ibiq; ſtatuimus Vandalos cum cæteris Barbariei gentibus Rhenum trajeciſſe ultimo die Anni Juliani 406. à quo Rheni tranſgreſſu Regni Vandalici primordia arceſſivimus. At quoniam unus tantum dies anni prioris ſupererat, inſequenti anno (407. ſc. in ſolo Gallico Vandalis jam poſitis) initium hujus regni aſſignavimus. Prior etenim in Pannoniis habitatio tanquàm miſeris è præfatâ ſtrage reliquiis ab Imperatoribus ſub ducibus variis & incertis conceſſa fuerat. Ab hoc autem anno in magnam & fortem crevêre gentem: nec multò poſt à Rheni tractibus per Gallias latiùs evagantes, ſub (c) Godigiſclo rege in Hiſpaniis tandem conſedêre. Caſſiodorus etenim

(c) Procop. P. 9. 58.

Van-

Vandalos Hiſpanicas occupâſse Provincias Honorio 8. & Theodoſio 3. Coſs. aſſerit: id eſt *Anno* 409.

407. I. *Godegiſclus* rex, Vandalos à pedibus trahens primò Gallias ſubintravit: at hiſce ſedibus, (vel ob bella ingruentia, vel à pluribus Barbarorum copiis) plus ſatis contractis, non multum illecti montes Pyrenæos verſùs ſigna cancre juſſêre. *(d)* Iſidorus (ſi æram Hiſpanicam in Chriſti Annos permutemus) Vandalos *Anno* 408. in Hiſpanias copias tranſtuliſſe tradit. At ipſiſsimum hujus irruptionis annum ex Idatio aliiſq; penè coævis a Chriſto nato 409. fuiſse in paragraphe de regno Suevorum priùs ſtatuimus. (d) Iſid. pag. 732.

Cum hoc rege, qui Vandalos è Galliis duxerat, *(a)* Honorius genio ſatis invito paciſcitur, ut ſine populorum malo ſedem in Hiſpaniis acciperet. *(b)* Bucherius vult Godigiſclum in Galliis *Anno* 410. occiſum fuiſſe. *(c)* Procopius autem (in ſequenti ſæculo ſuperſtes) in Hiſpaniis mortuum aſſerit. (a) Procop. p. 9, 58. (b) Bucher. p. 430. (c) Procop. p. 11.

410.

(d) Id. p.11.] 410. II. *Gundericus* Godigiſcli filius, qui & (d) Gontharis dictus eſt. Barbari, Gunderico regnante, poſt multa incendia, neces, prædaſq; in Hiſpaniis actas, has regiones ſorte dividunt. E quibus Vandali Gallæciam obtinent. (e) Bucherius è Frigerido ſtatuit illum hoc anno iniiſſe regnum: quippe qui aſſeruerat Romam tum à Gothis captam. Addit inſuper ex Iſidori Vandalicis eundem hunc eſſe annum: cum Iſidorus in calce regni vandalici ſcripſerit, à Gunderici initiis ad Gelimerem captum interceſſiſſe annos 123. menſ. 7. Gelimer autem *Anno* 534. menſe Aprili captus eſt: itaq; Gundericus cœpit *Anno* 410. menſe Septemb.

(e) Bucher. p.430.

Idat. p.22. a.

III. Idatius Fredibalum quendam Vandalorum regem ingeniosè captum à Conſtantio, atq; ad Honorium delatum eſſe, ſcripſit Anno 416. eodem ſc. anno quo Ataulphus pulſus à Narbona Hiſpanias etiam ingreſsus ſit.

At

At miſso Fredibalo: Vandali ſub rege Gunderico Baleares Inſulas prædantur, Carthaginem Spartariam evertunt, in Bœticam tranſeunt & Hiſpalim diripiunt. Iſid. p.733.

Anno 417. Alani in Hiſpaniâ poſiti Gunderico ſe ſubjecére, inquit, Iſidorus, p.716.

Regnavit Gundericus 18. Annis inquit Iſidorus. At Bucherius altero exemplari uſus 16 annos regni aſſignat. Idatius autem mortuum illum aſſerit anno 4to Valentiniani. Suſpicor autem Idatium annos Regni Valentiniani à morte Honorii ibi auſpicari & haud diligenter annotaſſe. Cum certum eſt Valentinianum Imperium non accepiſſe ante Annum 425. eumq; præcipitem. Sed conſtat Vandalos in Affricam trajeciſſe. Anno 427. itemque poſt mortem Gunderici. Unde ſequitur Gundericum mortem oppetiiſſe Anno 426. & annis 16. ſolis regnâſſe. Quod ſi *anno* 4to Valentiniani defunctus eſset, tum & Anno Chriſti 428. quod inſequentibus neutiquam quadrat. Idat. p.22. b.

A. 426. IV. *Genſericus*, Gunderici frater & Godegiſcli filius, in regno Vandalico ſubſequitur (*a*) anno 4to Valentiniani à morte Honorii ſc. computato.

(*a*) Idat. p. 22. b.

Buchr. pag. 471. a.

Anno autem inſequenti, i. e. quinto Valentiniani, i. e. anno 427. Vandali ſub hoc rege à Bonifacio accerſiti in Affricam trajiciunt: Proſper accinens etiam, ſic ſcripſit, Hierio & Ardabure Coſs. [*Gentibus, quæ uti navibus neſciebant, dum à concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum eſt: Gens Vandalorum ab Hiſpaniis, ad Affricam tranſit.*] Idatius menſem Maium affixit huic tranatui Vandalorum in Mauritaniam. Caſſiodorus item ſic, [*Hierio & Ardabure Coſs. His Coſs. Bonifacio Affricam tenenti infauſte bellum geritur. Gens Vandalorum a Gothis excluſa de Hiſpaniis ad Affricam tranſit.* A Bonifacio accitum in Affricam (*e*) Procopius etiam, (*f*) Jornandes & alii tradunt. Theodoſ. 15 & Valentiniano 4. Coſs. (*g*) Pax facta eſt cum Vandalis, data eis ad habitandum Affricæ portione, i. e. A. C. 435.

Proſper. pag. 193.

Caſſiod.

(*e*) Procop p. 12.
(*f*) Jorn. p. 657.
(*g*) Caſſiod. Procop. p. 14.

Anno

Anno 439. (*h*) Carthago capta est à Vandalis *Anno* 15. Valentiniani 14. Kal. Novemb. Marcellinus eundem assignans annum Theodos. 17. & Festo Coss. sed diem 10. Kal. Novemb. Cassiodorus eundem assignat annum, omisso die. (*h*) Idat. *p.* 23. *b.* Prosper. *p.* 195.

Alii tradunt illum regnâsse 40. annis, sed verius alii à Carthagine capta (*i*) 37. annis. (*i*) Procop. *p.* 24

Post domitam Affricam, Siciliam invasit; (*k*) tandemque in Italiam accersitus Romam bello cepit, & militibus per 14. dies exhauriendam permisit. Roma autem à Genserico capta est (*l*) Valentin. 8. & Anthemio Coss. cui anno & Valentiniani & Maximi (*m*) cædes congruit, Leone Pontificatum agente. Bucherius è Prosperi Canisiani calce regnâsse asserit post captam Carthaginem, *A.* 37. *Mens.* 3. *dieb.* 6. id est adusque *Jan.* 25. *Anni Juliani* 477. duos tulit filios Genzonem & Honorichum. (*k*) Isid. *p.* 733. (*l*) Cassiodor. (*m*) Victor. *p.* 2. Prosper. *p.* 53. Bucher. *p.* 562. Procop. *p.* 16.

477. *Jan.* 25. V. *Honoricus* Genserici, Gizerichi, Geserichi vel Geiserichi dicti filius. A Victore (*c*) Ugnericus dicitur & regnâsse 7. annis, 5. mens. asseritur: Hunericus item appellatur (*c*) Victor. *p.* 3.

pellatur à Victore p. 4. ab (*d*) Isidoro Unirichus & Unericus. Procopius 8. annis regnásse statuit, at nondum completis. Idatius in querulo de Vandalorum Persecutione libro, 7. annis & decem mensibus regnasse scribit. Theodosio & Venantio Coss. in Catholicos furentem infert Marcellinus comes. Quo & anno fatis concessit, ut plerique ferunt Annis 7. M. 5. regni completis; proindeque mortuus est, *A.* 484. Mense Junio.

(*d*) Isid. *p.* 734.

(*e*) Idat. *l* 3. *c.* 19.

484. *Jun.* VI. (*f*) *Gundemundus* seu Guntamundus filius Genzonis (nepotis Genserici et fratris Honorichi) regnat 12 annis. Helvicus authore non prolato annis 11. mens. 8. imperitasse scribit.

(*f*) Procop. *p.* 24, 25. Isid. *p.* 735. Jorn. *p.* 658. Vict. *p.* 4.

496. VII. *Trasamundus*, Gundemundi frater, regnavit (*g*) 27. annis; (*h*) alii testantur durasse regnum per annos 27. mens. 4. dictus est à quibusdam Thrasimundus, Transimundus, & Transamundus: Duxit (*i*) Amalafredam Theodahadi Gothorum regis matrem. Post annos 27. & mens. 4. exijt, Anno Christi 523. circa mensem Octobrem.

(*g*) Procop. 27. (*h*) Victor. *p.* 5. *b.* Isidor. *p.* 735. Jorn. *p.* 658.

(*i*) Jorn. *p.* 699.

523. Octob.

523. Octob. VIII. *Hilderichus* seu (*k*) Ildiris dictus Honorichi filius regnat (*l*) 7. annis & mens. 3. (*m*) ab Amata interfectus est.

(*k*) Isid. p. 736.
(*l*) Procop. p. 28. Jorn. p. 658.
(*m*) Procop. p. 48.

531. Jan. IX. *Gelimer* filius (*n*) Gelilaridis Genserici nepos, (*o*) captus est à Belisario, (*p*) Justiniano 4. & Paulino Coss. post 96. annos regni Vaudalici in Affrica. At Procopius (qui latiùs hoc bellum Justiniani ducem Belisarium confectum prosequitur, individuusque Comes Imperatoris fuit) statuit prælium cum Vandalis consertum finiente Decembri & post 3. menses Gelimerem fuisse captum, *i.e.* mense Aprili, post 95. annos in Affrica (*a*) regni Vandalici, idque verissime: Subductis etenim 95. à 534. restat annus 439. in quo prius capta Carthago fuit. Victor *A.* 97. illumque secutus Isidorus; at uterque perperàm. Belisarius in Affricam bellum moturus transit *A.* 533. comitante (*b*) Procopio: (*c*) Paulus Warnfridi filius ait hoc regnum constitisse annis 96. sed hallucinatur anno uno. Duravit itaque regnum Vandalorum ab anno 407. per annos 127. eoque demolito *Ict* Gontharis caput aliquantisper

(*n*) Idem. p. 27.
(*o*) Id. p. 86.
(*p*) Marcellinus, p. 52. *a.*

(*a*) Procop. p. 72. & 81.

(*b*) Id. p. 35.
(*c*) Paul. pag. 764.

534
407

127

tisper exeruit testante Procopio. Constantinopolitanis Imperatoribus plerumque paruit, dum tandem Saraceni regnum extruxêre circa annum 647.

IX. *Burgundionum Regnum, in Galliâ exortum, Anno Christi* 407.

Guliel. Paradini mnnal. Burgund. Edmundi Dinteri Genealogiam ducum Burgund. Bodl. Bibl. Vignieri Chron. Burgund. Bucher. p. 565.

BUrgundiones (gens (*d*) Vandalica) olim è Scandia & boreali Germaniæ tractu ad fontes usque Albis fluvii processêre: Nec refragatur (*e*) Plinius Vandalos ad Albim positos referens; unde constat (*f*) Dionem Cassium Albim fluvium è Vandalicis prorumpentem montibus depinxisse.

(*d*) Bucher. p. 221. Rhenan. Germ. *l.* 1. *p.* 93.

(*e*) Plin. *l.* 4. *c.* 14.

(*f*) Dio. Cass. *l.* 59.

Hos à Druso Tiberioque filiis Cæsaris adoptivis per castra dispositos in magnam coaluisse gentem testatur (*g*) Orosius; ab Ammiano itaque velut Romana soboles indigitantur, nomenque ab operibus assumpsisse, quod crebra per Imperii limitem habitacula antiqui *Burgos* vocitabant. In hisce sedibus diu permansisse liquet, donec tandem sub Maximiano principe, juxta annum

(*g*) Oros. *l.* 7. *c.* 32.

annum Christi præterpropter 285. in Provincias latiùs evagantes Imperator (*b*) strenuè repressérat. In sequentibus annis solo patrio hactenùs inhæsere, dum imperium adhuc satis validum & penè integrum permansit. At Valentinianus I. Burgundianum auxilium contra Alemannos solicitavit: Territis exinde hostibus Imperator pactis non stetit. Quare Burgundiones irâ perciti & indignabundi eodem anno genitales repetebant terras (*a*) anno scil. 370. cum Valentin. & Valens, 3°. Coss. extitêre) mox violentiùs erupturi. Tertio etenìm abhinc anno (iisdem 4to Coss. *i. e.* Anno Christi 373. ut è Cassiodori Chronico patet) ad Rhenum usque descenderunt. (*b*) Hieronymus in Eusebianâ appendice hujus eruptionis annum apposuit 374. sed perperàm. (*c*) Otosius adhæc, licèt annum non designavit, ejusdem tamen armatorum numeri 80000. sc. Rheni ripis insidentium meminit in hisce juxta Rhenum sedibus, annos (quod aiunt) 33. exegerunt; dum tandem Stilicho comes, spreto Honorio, regnumque in Eucherium filium transferre studens, Alanorum, Suevo-

(*b*) Mamertinus in panegyr. ad Maximianum, *p.* 124. Edit. Catanæi ad calcem, *Plin. Epist.*

(*a*) Ammian. Marcell. *l.* 28. *p.* 679.

(*b*) Hieron. Chron. *p.* 187.

(*c*) Oros. *l.* 7. *c.* 32.

vorum, Vandalorumque gentes donis pecuniisq; illectas, in Imperii ſtr gem & perniciem concitavit. *P.* (*d*) Æmilius de geſtis Francorum verba texens, huic turbini annum Chriſti 407. appoſuit. (*e*) Petavius autem in Rationario hoc inſigne Stilichonis facinus è Proſpero ad Annum 406. rejecit; hujus irruptionis meminit & (*f*) Jornãdes in libro de ſucceſſiõe regnorum, atque inſuper in altero de rebus (*g*) Geticis diſertè tradit, quòd Burgundiones unà cum Francis Gallias crudeliter infeſtaverint. (*h*) Oroſius etiam Hiſpanus Burgundiones unà cum Suevis, Alanis, cæteriſque inundantium barbarorum gentibus in Gallias tranſiiſſe commemorat: idque paulo ante Romam ab Alarico obſeſſam; de quâ, capite ſequenti fuſè tradidit. Nec reticenda eſt (*i*) Hieronymi ſuper hac re ad Gerontiam quærela. [*Innumerabiles & ferociſſimæ nâtiones univerſas Gallias occupârunt: quicquid inter Alpes & Pyrenæum eſt, quod Oceano & Rheno concluditur: Quadus, Vandalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli Saxones, Burgundiones, Alemanni & (ô lugenda Reſpublica) Pannonii vaſtârunt.*]

(*d*) Æmil. de geſt. Franc. *p.* 9.

(*e*) Petav. Ration. part 1. *p.* 275. 80.

(*f*) Jorn. de ſucceſſ. regn. *p.* 122.

(*g*) Id. de Get. *c.* 31.

(*h*) Oroſ. *l.* 7. *c.* 38.

(*i*) Hierom. op. Tom. 1. Edit. Ludg. 1530. *p.* 94.

runt.] Videtur autem hæc ſcripſiſſe Hieronymus circa *A.* 408. quippe quod Hiſpania barbaris hactenus non ſubdita ſit, ita enim proſequitur [*Ipſæ Hiſpaniæ jam jamque perituræ, quotidiè contremiſcunt*] additque inſuper [*per annos* 30 *fracto Danubii limite* (*i. e.* in eruptione Gothicâ anni 378, de quâ ſuprà) *in mediis Romani Imperii regionibus pugnabatur*] & poſt pauca ſic queritur, [*Romam in gremio ſuo, non pro gloriâ ſed pro ſalute pugnare; imo ne pugnare quidem, ſed auro & cunctâ ſupellectili vitam redimere, quod non vitio Principum, qui vel religioſiſſimi ſunt, ſed ſcelere ſemibarbari accidit proditoris* (i.e. Stilichonis) *qui noſtris contra nos opibus armavit inimicos.*] Marcellinus comes nefarium hoc Stilichonis conamen ad annum 408, Indictione, 6. Baſſo & Philippo Coſſ. repoſuit. Sed omnium acuratiſſimè (*a*) Proſper ipſum diem eruptionis deſignavit ſc. prid. Kal. Januar. Arcadio, Proboq; Coſs. cuiacciunt tum Caſſiodorus tum Zoſimus. E quorum calamis in unum congruis, ſtatuimus barbaros Rhenum trajeciſſe, die ultimo Decembris anni Juliani 406.

(*a*) Proſp. p. 191.

406. licèt in proximum annum à pleriſq; Scriptoribus rejiciatur: cum præcedentis unicus tantum dies ſupererat: Hinc primum Gallicarum Provinciarum Romanis ereptarum annum, Burgundiciq; regni in Imperii Romani jam undiq; dilacerati portione primordia ad annum Chriſti 407. ineuntem conjecimus. Quænam autem Galliæ pars hiſce novis hoſtibus primò ceſſit (b) è Sidonio laudes Aviti ebuccinante didicimus,

(b) Sidon. in Avitum, v. 234.

——*Belgam Burgundio quem trux*
Preſſerat &c.——

(c) Bucher. p. 401. b. & 440.

Poſt hæc autem (c) in Sabaudiam copias detulêre, tandemq; ultimò ad Araris Rhodaniq; confluentes Burgundiones reſederunt, de quo tranſitu infrà.

Quis autem hujus eruptionis articulo Burgundionum Rex extiterit, pronunciare haud liquidò conſtat. Novi à quodam (d) *Tibicam* vocitari, ab aliis veroſimiliùs Gundicarium, qui hanc gentem ſibi ſubditam trans Rhenum poſuit.

(d) Heylin. Geog. p. 189.

Anno

Anno 407. I. *Gundicarius*. Certum eſt è prædictis Burgundiones hoc anno in ſolo Gallico regni fundamenta jeciſſe: Imo et probabile eſt etiam ſub hoc rege militâſſe contra Romanos: Aſtruit enim (*f*) Carion in Chronico illos ante Francos hoc regnum conſtituiſſe. At Franci (*a*) ipſo (è totius antiquitatis conſenſu) teſtante à captâ Trevirenſi urbe regni initia ſumpſere. Occupatio autem hujus urbis juxta annum 410. contigit, ut in ſequentibus patet. (*b*) Proſper itaq; unà cum (*c*) Caſſiodoro tradit Burgundiones Luciano Conſule partem Galliæ Rheno propinquantem obtinuiſſe, hoc eſt firmatâ ſede, & ab Imperatoribus conceſsâ, ut (*d*) Bucherius non inſcitè conjicit.

(*f*) Carion. p. 409. edit. 1617. lib. 4.
(*a*) Carion. p. 408.
(*b*) Proſp. p. 191.
(*c*) Caſſiod. in Chron.
(*d*) Buch. l. 14. c. 4.

Anno 13. Theodoſii II. (*e*) Proſper memorat inſignem cladem Burgundionibus ab Ætio illatam, atq; cum *Gerebium* regem deletum. Hic autem annus Theodoſii 13. numeratur à morte Honorii, & coincidit cum Conſulatu Theodoſii 15. & Valentiniani 4to. utpote ſcripſit in appendice libri poſterioris Euſebiani Chronici, hoc eſt (*f*) Anno Chriſti 435. atq; ita verba inſtituit

(*e*) Proſp. p. 52.
(*f*) Proſp. p. 194.

instituit [*Eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Ætius bello obtrivit, pacemq; ei supplicanti dedit, quâ non diu potitus est; siquidem illum Hunni cum populo suo & stirpe deleverunt.*] Idem penè & Cassiodorus non reticuit; cum sub iisdem Cos. Cundicharicum (sic n. appellat) ab Ætio subactum recitat; & non multò post ab Hunnis peremptum. At pace Prosperi, gens hæc ab Hunnis protrita fuit, non deleta. Ipse enim scripsit quinquennio abhinc elapso, vigessimo sc. Theodosii, à morte Honorii computato, i.e. A. C. 440.

(g) Id. p.52. [(g) *Sabaudia Burgundionum reliquiis datur, cum indigenis dividenda.*] Quod autem de rege occiso tradunt, malim hisce binis quam incertæ Bucherii conjecturæ inniti, qui mortuum Anno 467. statuit. Quod si ad annum 467. vitam protraxerit, sequitur *Anno* 407. ob Juventutem nimis crudam, tanto negotio regni sc. struendi satis imparem fuisse ut crederem: itaq; Gundicarium Anno 436. vel juxtà, occisum ab Hunnis, ante migrationem è Galliâ Belgicâ circa Moguntiacum in Sabaudiam.

Buch. p.556. p.565.

Pere-

Peretium autem & Gundicarium fratres fortè vel ſocios in regno fuiſſe conjicerem; Bucherio concinens.

Anno 436. vel juxta, *Gundeuchus*, vel *Gundiocus*, Gundicarii fortè vel filius vel conſanguineus ſaltem, è genere Athanarici profluxiſſe traditur à Gregorio (*a*) Turonenſi. Hunc regem (*b*) à Jornande Gundiacum unà cum Hilperico (filio forſan) ſub Theodorico Viſigothorum rege contra Riciarium Suevum ad flumen Urbium in Hiſpaniâ meruiſſe aſſeritur. Hanc autem pugnam *Anno* 456. accidiſſe ſcribunt; at Jornandes poſt hoc bellum confectum Valentiniani necem conſcripſit, quam *Anno* 455. contigiſſe liquet. Gundeuchus 4 tulit filios (*d*) Gundobaldum, Godegiſilum, Chilpericum & Godemarum; alii ſic vocitant, (*e*) Gundebadum, Godeghyſelum, Chilpericum & Gotemarum. Buch. p. 565.

[a] Greg. Turon. l. 2. c. 28.
[b] Jorn. Get. c. 44. & Sigon de Occid. Imp. p. 234. l. 28.
[c] Bucher. p. 525.
[d] Turon. ſupr.
[e] Epitom. Geſt. Franc. c. 17.

At utrum Gundeuchus cum Gundicario idem ſit, lites haud nectam: licèt certum ſit è Caſſiodoro (ſi modo fides & illi et Proſpero tribuenda ſit) Gundicarium multo ante 467. demortuum eſſe. Quis autem ab illius morte uſque ad Belimerem regnaverit, aut quis

quis sit ille Gundiacus qui Theodorico suppetias tulit, *Anno* 456. juxta, non patet, nisi sit Gundeuchus hic, alter à Gundicario.

Anno 467. III. *Bilimer (f) Gundeuchi* frater, filiis *Gundeuchi* vel adhuc minoribus, vel certè vi dimotis, regnum administravit.

Anno 473. IV. *Gundobaldus*, qui & (*g*) *Gundebandus* & (*h*) *Gundobaudes* dicitur, regiam Lugduni posuit. Dum interim 3 fratres integram (*i*) Burgundiam in 3. partes reliquas dispertitam, Tetrarcharum more administrabant. *Gundebaldus* omnium Senior, terras circa (*k*) Ararim, Rhodanumq; unâ cum Massilienſi Provinciâ sui Juris fecit. Hic Glycerio Imperante (*l*) Italiam petiit & Liguriam hostili more vexavit. Post hæc 3. fratres variis petitos insidiis trucidavit. (*m*) Chilpericum citò interemit, uxoremq; ejus appenso ad collum lapide, aquis immersit, & filias exilio mulctavit. Quarum Junior Crothildis Francorum regi Clodovæo posteà connubio juncta est. Godomarum & Godegiſclum insequentibus annis gladio peremit.

[f] Bucher. p. 656.

[g] Franc. Epit. p. 61.

[h] Lazius de Migration. Gent. p. 614.

[i] Bucher. p. 556.

[k] Turon. l. 2. c. 32, 33.

[l] Bucher. p. 556.

[m] Turon. l. 2. c. 28. Godegiſclus Genevæ regiam tenuit. Buch. p. 591.

Anno

Anno 473. Glycerius Gundebato hortante Ravennæ ſumpſit Imperium; inquit Caſſiodorus: Proinde regnantem habemus. *Anno* 473.

Anno 493. Ut apparet ex Odoacris cæde apud (*a*) Procopium, Franci & Gothi ſocietatem bellicam contra Burgundios inierunt & prælio conſerto, regem captivum in caſtello quodam detinuêrẽ; quem (*b*) Rhenanus Gundebaldum fuiſſe autumat.

[*a*] Procop. Goth. l. 1. p. 175, 176, 178.

[*b*] Rhenan. Germ. p. 163.

Anno 500. (*c*) Clodovæum contra Burgundios inoviſſe hoc anno ſtatuit Bucherius.

[*c*] Bucher. p. 591.

An. 503. (*d*) Godegiſilum interemptum vult Sigonius.

Anno 507. Id eſt, 17. Anaſtaſii Gundefadum (quem & alii (*e*) Gundobadum nominant) Narbonam diripuiſſe credit Iſidorus in Chronico Gothorum. Bucherius vult regnaſſe annis 39. ab anno ſc. 467, ad 516. At (*f*) Sigebertus mortuum tradit, *Anno* 509, unde (*g*) Calviſius è Baronio Sigiſmundum iniiſſe regnum *Anno* 510. ſtatuit. Extant Epiſtolæ Theodorici de hoc rege ad Ludvinum ſeu Ludovicum, ſeu Clodovæum Francorum regem & Alaricum Viſigothorum &

[*d*] Sigon. de Occid. Imp. Iſid. p. 720.

[*e*] Epit. Franc. c. 34.

[*f*] Sigebert. Chron. p. 510.

[*g*] Calvis. p. 568. Petav. mortem ejus ad Annum 508. de Doct. temp. Vol. 1. p. 822.

& ad alios reges de pace componendâ Scriptæ apud (*h*) Cassiodorum.

[*b*] Cassiod. lib. 3. Ep. 1, 2, 3, &c.

Anno 510. V. *Sigismundus* Gundebaldi filius solio paterno insidet, & (*i*) Ostrogotham Spuriam Theodorici filiam in uxorem ducit, è quâ (*k*) Sigericum tulit filium, ut apud Turonensem legere est, & è Francorum Gestorum Epitomate plura haurire liceat. Hunc regem Monasterium Agaunense juxta Octodurum struxisse in Rhodani ripâ ad Pæninas Alpes non ita procul à Genevâ, nunc (*m*) St. *Mauritio* dictum, multi testantur. At Regino ad Annum 450. perperam rejecit; meminit & Rhenanus, Germ. l. 2. p. 163.

[*i*] Jorn. Get. p. 698.

[*k*] Turon. l. 3. c. 5. l. c. 34.

[*m*] Aimoin. l. 2. c. 4.

Anno 516. Clodovei filii ex impulsu Chlotildis matris in Burgundios bellum movent & Sigismundum vinctum abducunt. De cujus captivitate Procopium verba fecisse Petavius credit.

[*n*] Petav. de Doct. Temp. l. 13. p. 829.

Anno 517. VI. *Godomarus* Sigismundo fratre occiso in urbe Aurelianensi à Clodomiro Franco Sceptra Burgundiæ recepta aliquantisper moderatus est. Atque hoc anno (*o*) Clodomirum in prælio obtruncat.

[*o*] Aimoin. lib. 2. c. 4. Sigon. de Occid. Imp. p. 282 & Turon. l. 3. c. 6, 7.

Anno

Anno posthac 522. (Inquit Sigonius) Clotharius & Childebertus Francorum reges in Burgundiam profecti, Augustodunum, nunc *Austun* inter Heduos, in hodierno etiam Burgundiæ ducatu situm, obsident, & cunctam fugato Godomaro Burgundiam occupant. (p) Sigon. p. 285. Turon. l. 3. c. 11.

Sigebertus in Chronico fatalem regni Burgundici periodum ad annum 526. disposuit. At Petavius Chronologus insignis & in patriis antiquitatibus versatissimus annum hujus excidii, 532. fuisse statuit; Cujus (dum clarius veritas affulgeat) vestigiis inhærendum duximus. Duravit itaque hoc regnum ab initiis anni 407. per annos præter propter 125. exindè Burgundiones annis 130. Francorum regibus paruêre, inquit Rhenanus. At reges Burgundiæ Francicos non nostrum est hic percurrere, nec effari quo modo ditio Burgundica ad (c) Conradum Imperatorem devoluta fuerit; aut deniq; quo jure vel Ducatus, vel Comitatus Burgundiæ, ille Gallis, hic Hispanis cesserit. Sufficit hujusce regni incunabula, Romano

(a) Petav. de Doctr. Temp. l. 13. p. 844.

532.
407.
125.

(b) Rhenan. Ger. l. 2. p. 164.

(c) Paul. Æmil. in Henrico 1. rege Galliæ, p. 139. a. edit. Paris. 1548.

Imperio jam præcipiti, ad annum Christi vulgarem 407. protulisse in lucem.

X. *De Francorum Regno à captâ urbe Trevirensi fundato, Anno* 410.

CÆteris regnis jam stabilitis & ex antiquorum ruderibus erutis, sine mora transeamus in Galliam, atq; hic, ut ab ovo (quod ajunt) ordiamur, altius penetrandum esse duximus: itaq; de nomine & situ Francorum, de bellis Imperio Romano illatis; atq; ultimò de transitu in Gallias, prolixiori filo verba nectamus. Nomen Francorũ (*a*) pluribus Germaniæ populis propriâ nuncupatione inditum fuisse videtur, quod excusso Romanorum jugo in Commune consulucrint, atq; armis unà sumptis libertatem publicam vindicaverint.

(*a*) Petavius Rationar. temp. par. 1. l. 6. c. 12.

Gentes autem quæ in unum conspirabant, atq; hoc Francorum nomine gaudebant; hæ plerumque fuere (*b*) Bructeri, Chamavi, Ampsivarii, Chatti, Chauci, Cherusci, Sicambri, Salii,

(*b*) Cluver. Germ. Antiq. l. 3. b. c. 20. Bucher. Belg. Rom. l. 6. c. 13. Rhenan. Ger. l. 1. p. 49.

Salii, Dulgibini, Chassuarii, Angrivarii, Uspii, Tencteri, &c.

Bructeros, Chamavos, Ampsivarios & Chattos, Sulpitius Alexander Historiarum libro tertio apud (c) Gregorium Turonensem de origine Francorum plura congerentem sub hoc nomine apertè protulit: atq; insuper Marcomirum regulum duobus ultimis imperitantem.

(c) Greg. Turon. l. 2. c. 9.

Atthuariis autem seu (ut quidam legunt) Ansivariis vel Chassuariis regionem Francorum (d) Ammianus Marcellinus olim ascripsit.

(d) Ammian. Mar. l. 20. p. 311.

Tabula Peutingeriana à Marco Velsero in lucem eruta, Chaucos, Ampsivarios, Cheruscos & Chamavos sub nomine Francorum diserte recensuit: atq; insuper ad Rheni ripam in longum usq; protensam Charactere majusculo *FRANCIÆ* titulum depinxit.

De Saliis & Sicambris nomine licet priùs penè extincto, differit tamen (e) Claudianus in carmine de Stilichone Panegyrico:

(e) Claud. de laud. Stilcho. l. 1. p. 222, &c.

Ut Salius jam rura colat, flexoſque Sicambri
In falcem curvent gladios, &c.
Paſcat Belgà pecus, mediumq; ingreſſa per Albim
Gallica Francorum montes armenta pererrent.

Cum de his itaq; conſtet, quod inter Francos ſint reputandi, de cœteris neutiquam latet: Quippe qui à Ptolomæo prioribus annectantur: (*a*) Rheni utpotè Albiſq; potores.

(*a*) Ptolom. Geogr. l. 2. c. 11.

Buſacteris etenim ſeu Bructeris, Sicambros & Viſpos ſeu Uſipios appoſuit; & juxta Friſios, Chaucos; & juxta Chaucos, Angrivarios & Dulgumnios ſeu Dulgibinos. (*b*) Nazarius item in Panegyrico Conſtantini poſt Francorum habitam mentionem ſic Imperatorem alloquitur [*Quid memorem Bructeros, quid Chamavos, quid Cheruſcos, Vangionas, Alamanos, Tubantes? Bellicum ſtrepunt nomina, & immanitas barbariæ in ipſis vocabulis adhibet horrorem; hi omnes ſigillatim, deinde pariter armati, conſpiratione fœderata Societatis exarſerant, &c.*] Ad Albim etiam præfatus Ptolomæus Cheruſcos,

(*b*) Panegyr. Vet. vol. 2. p. 219.

Chama-

Chamavos, Batinos seu Chattinos disposuit; ibiq; Francorum Paludes Sidonius recitat, de quo infrà.

Fines Francorum olim ab (c) Occasu fuêre Rhenus & Oceanus; à Septentrione Saxones accubuêre, atq; Oceanus; ab Ortu Albis Salaq; fluvii; à Meridie Alemanni. (c) Cluver. ibid.

Nomen autem à libertate quæsitâ fluxit: *Frank* enim & *Frea* etiam atq; hodiè apud Germanos, homines liberos & sui juris connotant.

At quo tempore nomen hoc Francorum apud Gentes divulgari cæptum est, non admodum liquet. Prima Francorum indigitatio apud (d) *Vopiscum* in Aureliano occurrit, ubi sic lectorem affatur Historicus [*apud Moguntiacum Tribunus Legionis sextæ Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interremptis, sub Coronâ vendiderit; unde iterum de eo facta est Cantilena, mille Francos, mille Sarmatas semel & semel occidimus &c.*] Stragem illam Francorum sub Alexandro Mammææ filio factam fuisse, juxta annum Christi 234. credit (e) Bucherius. Francorum enim in Gallias hoc tempore (d) Vopisc. in Aurel. pag. 612. (e) Bucher. p. 209.

pore erumpentium (at ſub Germanorum nomine) Ælius (*f*) Lampridius in Alexandro Severo ſic meminit [*erat autem graviſſimum Reip. atq; ipſi quod Germanorum vaſtationibus Gallia diripiebatur,*] atq; ſtatim Alexandri mortem recitat. Nec de hac re ſilet (*g*) Aurelius Victor his vocibus [*Quo fuſo fugatoq; (*Perſarum ſc. rege) *in Galliam maturrimè contendit, quæ Germanorum direptionibus tentabatur.*] In hoc tandem contra Francos bello, Alexander tumultu militari occiſus eſt apud Moguntiacum (*a*) Severo & Quintiano Coſs. *i.e. Anno Chriſti* 235. At (*b*) Maximinus Imperator Germaniam Trans-Rhenanam ingreſſus, per trecenta vel quadringenta millia Barbarici ſoli vicos incendit, &c. Indéq; maxima victoria reportatâ, omnem Germaniam in ditionem Romanorum penè redegit. Poſthumium poſtea Tyrannum Anno 261. ſub Gallieno poſthæc Imperatore luxui neptino indulgente, & deliciis pene in briato & obruto, mobiles & feroces admodum (*c*) Francorum gentes (anſa à torpente imperio prærepta) Gallià pervaſâ Hiſpaniam poſſedêre, vaſtato ac pene direpto

(*f*) Lamprid. in Alexandro. p. 386.

(*g*) Victor. edit. Schotti. p. 129.

(*a*) Caſſiod. in Chron.

(*b*) Jul. Capitol. in Maximinis. p. 408.

Francicis auxiliis fretum legimus apud Pollionem. p. 509 511.

(*c*) Victor. Schotti. pag. 139.

direpto Tarraconenſiũ oppido. De hâc re ſic Euſebius in (d) Chronico, [*Germanis Hiſpanias obtinentibus Tarracon expugnata eſt,*] Annum autem in (e) libro poſteriori hujus expeditionis appoſuit 262. Quos autem Germanos Euſebius atq; Oroſius dixére, (f) Nazarius apertè Francos appellat. Pergit autem Euſebius ad Annum 267. (prochroniſmo tamen unius anni admiſſo ut in cæteris) [*Galliæ*, inquit, *per Poſthumum & Victorinum & Tetricum receptæ*] hoc eſt per varios Tyrannos (Gallieno Romæ altùm ſtertente) In Galliis ſubortos Francorũ incurſatio repulſa fuit. Nondum tamen ad Imperatorum fidem Provinciæ Gallicæ acceſſerant; donec Aurelianus tandem, Tetrico (g) apud Catalaunos prodente exercitum ſuum Gallias recepit Anno præterpropter 271. Tanti autem ponderis, Aureliani contra Francos geſta extitêre, quod Reſtitutor (h) Galliæ dictus fuerit, imò et in celeberrimo illius Triumpho Romæ peracto (i) An. C. 273. & hoc ingeſtum eſt annalibus, quod & (k) *Franci ducerentur inter Captivos.*

(d) Euſeb. Chron. à Hieronym. p. 47. & Oroſ. l. 7. c. 22.

(e) Euſeb. Chron. p. 176.

(f) Nazar. in Panegyr. Conſtant. p. 218.

(g) Id. p. 176.

(h) Vopiſc. in Aurel. pag. 615.

(i) Euſeb. p. 117. Caſſiodorus.

(k) Vopiſc. p. 640.

At Aureliano occiſo Gallias à Germanis iteratò pulſas adiit Probus fortiſſimus ille Romanorum dux, de quo Auruſpex priùs reſponderat illum *(l)* Francos & Alemannos ſub Romanis legibus ducturum. Tanta enim fœlicitate prœlia conſeruit, ut *(m)* Sexaginta civitates per Gallias nobiliſſimas à Barbaris reciperet, &c. cæſis propè quadringentis millibus, qui Romanum occupaverant ſolum, reliquias ultra Nicrum fluvium & Albim removit. Hinc obitèr patet hos Barbaros fuiſſe Francos quippe ad Albim uſque veteres ſc. ſedes retruſos. Nec mora, *(a)* 9 Barbarorum Regulos Probus pacis ergo ad pedem provolutos vidit. Hanc victoriam Manlianus Tatianus in ipſo Senatu ſic extulit, cum laudes Probi ebuccinaretur. *(b)* [*Teſtes Franci, inviis ſtrati paludibus*] Illorum paludes *(c)* Sidonius etiam memorat in carmine Conſentio Narbonenſi dicato.

(l) Vopiſc. pag. 672. in Florian.

(m) Id. in Probo. p. 693.

(a) Vopiſc. in Probo. p. 694.

(b) Id. p. 692.

(c) Sidon. in Carm. Edit. Savar. p. 190.

Tu Tungrum & Vachalim, Viſurgin, Albim,
Francorum & peritiſſimas paludes,
Intraves Venerantibus Sicambris.

Atque

Atque alibi (*d*) Francos natatu celebres induxit. (*d*) Id. in Carm. *p.* 88.

Sed missō Sidonio, hinc est, quod Probus è Senatus-consulto (*e*) *Francicus* dictus sit. Annum autem hujus expeditionis in Francos Probianæ, (*f*) Eusebius à Calvisio aliisque correctus Christi 277. nobis exhibet. [*Probus Gallias à barbaris occupatas ingenti virtute restituit*]. At Cassiodorus in Consulatum Messallæ & Grati conjecit. Nemo autem nescit Consulum annos per hoc penè decennium mirè confusos: cum autem in primum annum Probi idem Cassiodorus hanc victoriam reposuit, videtur cum Eusebio. apprimè congruere; quod Probus, *A.* (*g*) 276. imperium iniit, & mense Junio. (*e*) Vopisc. *p.* 692. (*f*) Euseb. *p.* 177. (*g*) Petav. de Doct. Temp. *l.* 11. *c.* 27. *p.* 343.

Abhinc de Francis utpote satis contritis non multa, usquedum ad Maximiani tempora deventum sit, à quo C. Carausium missum esse tradant (*h*) Mamertinus in panegyrico Maxim. Eutropius & Diaconus, *A.* 286, ut Francos maritima Belgii jam infestantes reprimeret. (*h*) Panegyr. *p.* 48. Eutrop. *p.* 835. Diacon. *p.* 297. Oros. *l.* 7. *c.* 25.

Biennio abhinc penè elapso, Maximianus Imperator (qui & Diocletiani collega

collega fuit) *A.* 288. *(i)* Francos eximiè repressit. Mamertinus etenim in Genethliaco sic depinxit *(k)* [*Quà fervidum caput Danubius evolvit, quaquè horridus secat Albis Germaniam, &c. ruunt omnes in sanguinem suum populi, &c.*] ubi per Albis accolas Francos intelligit, quos ab Imperatore validè repulsos unà cum rege ad pacem petendam venisse narrat [*(b) Præterea Francos ad petendam pacem cum rege venientes.*] Paucis abinde fluentibus annis, Constantius Chlorus tum utique Cæsar, Francos in Bataviam erumpentes ultra limites Imperii abegit: testis est Eumenius in Panegyrico huic dedicato, *(c)* [*destinata Bataviæ &c. vindicta,*] & postea [*(d) illa regio divinis expeditionibus tuis Cæsar vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, quamque divortio sui Rhenus amplectitur,*] & post [*(e) Arat nunc mihi Chamavus & Frisius, &c.*] atque iterum [*(f) tanto deorum immortalium tibi est addicta consensu victoria, omnium quidem quos adortus fueris hostium, sed præcipuè internecio Francorum, &c.*] ultimò *ô victoria multijuga & innumerabilium triumphorum,*

(i) Calvis.

(k) Panegyr. vet. *p.* 61.

(a) Id. *p.* 44.

(b) Eumen, jus Constantio. *p.* 351.

(c) P. 359.

(d) P. 360.

(e) P. 376.

(f) P. 377.

phorum, quâ Britanniæ restitutæ quâ gentes Francorum penitus excisæ] hanc autem Francorũ lanienam (*g*) Anno 293. contigisse videtur. (g) Bucher, p. 255. a.

Post Constantii autem Eboraci in Britanniâ excessum, illius filius *Constantinus* tandem verè *magnus* ad Gallias properat, & Francos rursus irrumpentes in Imperium, velut hostes ferocissinos, implacabiles atque ansa undique captâ mobiles, summis viribus aggreditur, aggressos dissipat & contundit. Imo (*h*) *Ascaricum Regaisumq*; Francorum reges bello captos, morte affecit. Hi sunt primi hujus gentis reges, quorum nomina ex antiquorum monumentis eruta, hactenus nobis cognita sunt. Regnum tamen ultra Rhenum hucusque imò diutiùs ad Albin erat positum, licet gravibus atque iteratis eruptionibus solum Gallicum exquisiverint. (h) Panegyr. p. 216 313, 316. Bucher. p. 235. Eutrop. p. 842.

Annum juxta (*i*) 310. Franci iterum rebelles torrentis instar Belgium inundavêre. At Constantinus bello Maxentiano detentus, pœnam prorogâsse coactus est, usquedum Annus (*k*) 313. alluxerit: quo tempore fortiter repulit, *cum trucem* (*l*) *Francum* (ut (i) Bucher. p. 239. (k] Id. p. 247. [l] Panegyr. p. 186.

(ut Panegyriſtes) *ferinâ carne diſtentum vicit.* Ex illo tempore, de motibus Francorum non legimus, dum tandem Conſtans Imperio portitus eſt: Tunc autem ad Annum 340. (teſtante (*a*) Hieronymo in Chronici Euſebiani appendice) [*à Conſtante vario eventu contra Francos pugnatum eſt*] ac deinde, *A.* inſequenti ſc. 341. [*Franci à Conſtante perdomiti & pax cum eis facta*] Iiſdem verbis & (*b*) Freculphus uſus eſt [*demum Franci à Conſtante perdomiti & pax cum eis facta eſt,*] Porro beatus Hieronymus in vita Hilarionis refricuit memoriam de Francis, ubi tunc habitarent; Sic enim adjicit [*namq; Candidatus Conſtantii Imperatoris Rutilius comâ & Candore corporis indicans provinciam inter Saxones & Alamannos: Gens ejus non tam lata, quam valida, apud Hiſtoricos Germania, nunc Francia dicitur.*] At non diu coluêre pacem; ſub Juliano Cæſare iterum obicibus ruptis latius evagantur: At ab illo (*c*) reges illorum, *A.* 356. retuſi ſunt atque perterriti. Rurſùm Anno 357. Conſtantio noviès, Juliano iterum Coſſ. (*d*) ab eodem Cæſare in ulteriora dimoti ſunt.

(*a*) Euſeb. Chron. *p.* 182. Franci à Conſtante domiti, *A.* 342. Socr. Eccl. Hiſt. *l.* 2. *c.* 10.

(*b*) Freculph. Chron. Tom. 2. *l.* 4. *c.* 5. *p.* 561.

(*c*) Ammian. *p.* 111.

(*d*) Id. *p.* 163.

sunt. Nec tamen quievit bellum; nam *Anno* 358. Cæsar (*e*) Francos Salios adortus est fælici exitu. Qui olim ausi fuêre apud Toxiandriam locum (in Brabantino hodiẽ Ducatu) habitacula sibi prælicentèr figere: Chamavos itidem (gentem Francicam) eâdem celeritate partim cecîdit, partim compegit in vincula. (*e*) Id. p. 181.

A. 374. (*f*) Apud Ammianum *Mellobaudem* Francorum regem & Domesticorum comitem, Romanis, scil. Socium legimus. Cujus auxilio Nannienus dux Roman. fretus Alemannos, eorumque reges *Macrianum* & *Priarium* exitio dedit. (*g*) *A.* 378. (*f*) Ammian. p. 752. (*g*) Id. 816, 817.

Post Fl. Clementis Maximi exortum (quem in Britannia milites paludamento Imperatorio ornabant) *Priamum* quendam in Franciâ regnare (*h*) statuit Prosper, quantum altiùs colligere potuit, id que biennio ante Gratiani necem. (*i*) Gratianus autem Interfectus est à Maximo, *An.* 383. Merobaude & Saturnino Coss. 8. Kal. Sept. Lugduni. *Priamus* itaque cæpit anno 381. è Prosperi calculo. At quis sit iste *Priamus*, pro comperto asserere necdum didici, nisi Sigiberto (qui (*h*) Prosper. p. 49. (*i*) Marcellin. com. p. 35. a. & P. Diacon. miscel. Hist.

Mario-

Marcomiri patrem fuisse scripserit) aut Trithemio credendum sit. Cum autem Maximus Tyrannus Aquilejæ postea incluſus delituit, ubi & occisus est; eo tempore, inquit (a) Sulpitius Alexander (id est 383. teste Marcellino comite) Franci Genebaldo, Marcomere et Sunnone ducibus, limite perrupto, Coloniæ Agrippinæ metum incussere.

(a) Gregor. Turon. l. 2. c. 9.

Posthæc Imperante etiamnum Theodosio, Nannium ((b) Ammiano Nannienum dictum) Quintinum & Heraclium Romanorum duces repulêre; calculo etiam suo adjecto (c) Sigebertus ad annum 387. hujusce repulsæ sic meminit, [*Franci Quintinum & Heraclium Romanorum duces cum omnibus penè suis juxta Treverim delent*]. Aimoinus demum eandem telam fusiùs texens, sic retulit, [(d) *Tempore Theodosii Nannius et Quintinus magistri militum collecto exercitu* (*Francos*) *Germaniâ* (i.e. inferiori) *pellere moliti sunt: Quos primâ quidem acie superare sibi visis, postmodum tamen, cum majores copias, junctis sibi Heraclio ac Joviniano Romanæ militiæ principibus adscivissent, commissâ pugna tantam ex Romanis Franci*

(b) Ammian. p. 816.

(c) Sigeb. pag. 485.

(d) Aimoin. de gest. Franc. l. 1. c. 3. p. 255.

ci ſtragem, fugatis Heraclio & Joviniano, ediderunt, ut cunctis in circuitu nationibus hæc audientibus terrorem ſuæ virtutis inculerent; nec fuit in reliquum gens, quæ Francos jure belli ſubjugo redigeret tributi.] Exinde, fluente Anno 389. *Arbogaſtes* & ipſe Francus Valentiniani monitis adhuc parens, in contribules ſuos copias eduxit: ſed pactis poſthæc ut videtur induciis, Francos (*e*) Treveris hybernare, invitus forte, permiſit; nam Epitomatis author hæc de Arbogaſte narrat, [*Poſt paucum temporis Arbogaſtes Superbiâ elatus adverſus Francos arma commovit, cum iiſdem dimicans victus effugit,*] & dein, cap. 4. [*Franci Treveris hiemando reſidere præſumunt.*]

Apud Slvam Carbonariam *Epitom. l. 2. c. 3. p. 93.*

(*e*) Turon. *l. 2. c. 9. lin. 39. p. 34.*

(*f*) Epit. *l. 2. c. 3, 4. p. 94.* Bucher. *p. 381.*

At non deſtitit *Arbogaſtes* ad eluendam maculam, ultionem Francis ingerere, nam rigente adhuc hyeme (*g*) anno 392. bello aggreditur & Chamavorum pagos depopulatur.

(*g*) Calviſ. ad Annum. Buch. *p. 384.* Turon. *l. 2. c. 7.* Epitom. *l. 2. c. 4.*

Jam tandem in Imperio æſtuavit civile bellum contra Theodoſium ab Arbogaſte, cum Eugenio ſuo conflatum, quem è privato ad tyrannidem extulerat. Imperator itaque Richomerem quendam Anno 393, è Francorum

corum gente turmis equeſtribus præfectum creat, cum adverſus Eugenium properat: (a) At Richomer ante pugnam exceſſit è vivis. Durante tamen bello Eugeniano, & de ſumma rerum conflictu, *Franci* ansâ arreptâ res novas moliuntur: ſed à Stilichone fortiter repreſſi ſunt, regeſq; duo diffiati; Quorum alter Marcomirus, alter Sunno audiit, uti cecinit (b) Claudianus in laudibus Stilichonis.

(a) Bucher. è Zosimo, p. 384.

(b) Claud. lib. 2. de laud. Stilich. v. 241, &c

Marcomer Sunnoq; docet, quorum alter Etruſcum
Pertulit exilium: cum ſe promitteret alter
Exulis ultorem, jacuit mucrone ſuorum.

Is regum perfidorum finis fuit (inquit (c) Bucherius) inter annos Chriſti 395, & 400. At quantùm conjectura potuit aſſequi, hos reges periiſſe (d) *Anno* 396. ſtatuit.

(c) Buch. p. 387.

(d) Id. p. 388. a. Sect. 8.

Exciſo itaque Marcomiro Rege, crederem ſanè Pharamundum ejuſdem filium tunc apud Trans-Rhenanos accepiſſe Francorum ſceptrum, *Anno* ſcilicet 396. At quo anno noſter hic Pha-

Pharamundus hoſtiles Francorum copias citra Rhenum in ſolum Romanorum Gallicum eduxerit, non conſtat. In ſequentibus autem dilucidiùs patebit hunc (ipſius Honorii conceſſu) in Gallia Belgicâ Francorum Regem *Anno* 417. coronatum fuiſſe. Non quod Francis ſuis imò & pro more gentis regio, non priùs imperitaverit, atq; inſuper ditionem Romanorum Belgicam partim ſubdiderit; ſed quòd hoc anno præfato (417.) Imperatoris Honorii conceſſu (licèt proculdubio ſatis invito) regium culmen aſcenderat; atq; hinc eſt quod Neotericorum plerique primordia regni Gallici ab anno 417, alii ab anno 418, alii deniq; à 420 Metachroniſmo ſatis lubrico repetant. Credendum utiq; eſt Francos in Belgium priùs penetraſſe dum Imperator Honorius inter ipſius Italiæ viſcera cum Gothicis copiis colluctaretur.

Admodum probabile tamen videtur Theodemirum quendam Francis in *Toxandriâ* cis Rhenum poſitis (poſt extinctum Marcomirum) Regem conſtitutum fuiſſe. *Toxandri* autem habitarunt

bitarunt olim ad ripas *Demeræ* fluvii, ubi & hodie est vicus *Tessanderlo* ad dextram & Aquilonarem *Demeræ* ripam, non procul ab oppido *Diest* in Ducatu Brabantino. Sat scio (*a*) Bucherium statuisse hunc *Theudimerem* Saliis-Francis in Toxandriâ ab Imperatore Theodosio Regem constitutum fuisse, *A. C.* 394. At crederem sanè potiùs non ante excessum Marcomiri regnasse; quod Franci illo extincto ducibus vidui fuerint: Illum autem occisum, *Anno* 396. priùs diximus. Hoc itaq; anno Theodemirum regnum occæpisse magis probabile est, quo & eodem Pharamundus ultra Rhenum: qui (*b*) fluvius fuit Galliæ olim terminus atque Germaniæ limes.

(*a*) Bucher. p. 429. a. Sect. 42.

(*b*) Cluver. Germ. p. 379. & 384.

Fran-

Francorum Reges cis Rhenum in provinciis Romanis.

ANno 396. I. *Theodemirus* Richomeris filius. Ricomer autem iſte ſeu Ricimer Theodoſio comes næſit, velut alter Achates, atq; ad (*c*) Conſularem dignitatem evectus eſt *Anno Chriſti* 384. Fuit etiam (*d*) Domeſticorum Comes atq; aliis honoribus functis (edito jam filio *Theodemiro* ex uxore *Aſcilà*) ante prælium cum Eugenianis repentinà morte diſceſſit. Exinde filius ejus Theudimer Saliis-Francis Rex à Theodoſio commendatus eſt, uti aſſerunt quidam; ſed ſi à Theodoſio elatus ſit in regnum, neceſſe eſt ut ante annum 395. (obeunte jam ſcilicet Imperatore) hoc factum fuerit. At licet de anno non poſſumus certa promere, tamen veriſimile eſt non ante duces interemptos plenè regnaſſe. *Extinctis enim ducibus* (inquit (*e*) Turonenſis in excerptis è Fredegario) *in Francis denuò reges creantur, ex eâdem ſtirpe quâ priùs fuerant.*

(*c*) Caſsiodori Chron.

(*d*) Ammian. p. 306, 811, 824, 828, 831.

(*e*) Epitomat. Geſt. Franc. l. 2. c. 5.

Posthæc autem in capite sexto, Jovini & Constantini tyrannidem aucupantium exortum nos edocuit; qui periêre, hic anno 411, ille anno 412. Imo & capite deinceps (*f*) nono (cum priùs de expeditione Castini Stylum peregerat, de quâ inferiùs) nisce nos alloquitur [*Franci electam à se regem, sicut priùs fuerat, Crinitum inquirentes diligenter ex genere Priami, Frigi, & Francionis, super se creant nomine Theudemerem filium Richemeris, qui in hoc prælio, quod suprà memini, à Romanis interfectus est*] Hoc est anno 415. in prælio cum Castini copiis commisso: de quo plura inferiùs.

(*f*) Id. l. 2. c. 9. p. 95.

Hinc videre est Theodemirum è genere Priami ortum (de quo Prianio è Prospero priùs audivimus), post duces Marcomirum & Sunnonem occisos in regni apicem ab ipsis Francis elevatum. Utrumne verò à Francis Trans-Rhenanis pro rege agnitus fuerit, hæret (*g*) *Bucherius*. Nobis autem de regibus Apocalypticis disquirentibus, regnum Francicum jam in cunis vagiens audire licet; dum non apertè constet *Theudimerum* hoc anno 396.

(g) Bucher. l. 444.

(sci-

(scilicet præcisè) initisse regnum: Potuit & enim aliquot annis post extinctos duces elapsis eligi atq; erigi. Utcunq; sit, credendum est Francos non diu (si omninò) sine regibus perstitisse; imo probabile magis est statim ab emortuis ducibus hunc in regem co-optari; ne grex populi sine rege aut duce palans hostibus præda maturior exponatur. At quoniam gravibus ejusdem sæculi Scriptoribus plus nimis indigemus, conjecturis solum innixi, nihil certi statuere de his cis-Rhenanis ausi sumus.

Quod ad Trans-Rhenanos autem spectat, quotquot de Francorum rebus scripserint, tradunt post Marcomirum ablatum, Pharamundum in regale solium elevatum fuisse.

At quo anno Franci trans Rhenum positi (Honorio jam sub Gothis in Italia singultiente) Belgium sub hoc duce vel rege Pharamundo hostili motu appulerint, in medium proferre non datur. Omnibus autem placet Regni Francici primordia (b) ab urbe Trevirensi captâ accersire. Nec abnuimus; quòd inopiâ Scriptorum, sub hoc

(b) Gurber lethus Chronol. p. 272. a. Treviris captis regnum Francorum auspicatur.

hoc Imperii præcipitio, anxii admodum laboramus. De direptione itaq; hujus urbis curatiùs ſtatim annitemur veritatem eruere. Interim dum fax veritatis clariùs eluxerit, conjecturam noſtram liberè proferre liceat. Aliquoties ſubit animum Francos licet loco, nunquam tamen conſiliis aut mente fuiſſe disjunctos: Licet enim quidam ex hac gente ſuperioribus annis in Provinciis Romanis poſiti fuerint, atq; plerumq; jugo Romano ſæpiùs ſuppoſiti, non tamen à contribulibus penitùs alienati. Cùm itaque Roma jam in ruinam prona ſit, atque *Theodemirus* interim Saliis Rex præfectus, crederem Francos ab utraque Rheni ripâ poſitos in unum conſuluiſſe, atq; contra Romanos conjunctis viribus dimicaſſe. Quid enim in re fuerit, quod Romani deſtinaverint contra hos Caſtinum Militiæ Magiſtrum, à quo *Theodemirus* occiſus fuit, ut in ſequentibus patebit: atq; poſt hujus interitum, Pharamundum in integrum rebus Francicis præfectum fuiſſe; licet forſan ducis titulo priùs inſignitus fuerit ante Theodemiri obitum.

obitum. Proinde conjicimus *Theodemirum* priùs rebellem extitiſſe, atque unà cum Francis Trans-Rhenanis forſan conſpiraſſe: Cum ante-hac Rex tantum mancipatus forte ac tributarius fuerit. At cum inclyta hæc urbs à Francis direpta fuit, jugum Romanorum penitus exutum fuit, & libertas in integrum aſſerta.

Accingamus nos itaq; ad celeberrimæ hujus urbis direptæ annum pleniùs & exactiùs eruendum.

Probe novi *(a)* Carionem ejuſque ſequaces ſtatuere hujus urbis excidium à Francis perpetratum fuiſſe anno Chriſti 406. alii, Anno 403. ſed hallucinantur valdè, quoad annum, licet initium regni in annum à capta urbe Trevirenſi rectè ſatis conjecerint. Ex illo enim tempore, licet à Caſtino atq; Ætio percuſſi fuerint Franci; nunquam tamen intra fines antiquos penitus coerciti, è Gallia Belgicâ diu receſſêre: ſed quotidie terrarum acceſſionibus enſe petitis in Belgicâ & poſteà in Celtica Galliâ aucti, florentiſſimum regnum erexêre.

(a) Carion in Chronico, p. 296.

(b) Doctor. Germ. in Apocalyps.

Cluver. Germ. p. 383.

Ut ad rem redeam, (c) *Augustam Trevirorum* omnium transAlpinarum urbium maximam, Imperatorum inibi agentium sedem & domicilium atq; Imperii armamentarium, quatuor vicibus pauxillo temporis decursu expugnatam, è Salviano, docet Bucherius. Quem sane in hisce Romani Imperii lanienis laboriosissimum æquè ac plerùmq; integerrimum Scriptorem & perplexæ admodum hujus temporis historiæ rimatorem sagacem penè unicum à pedibus sequi in plerisq; lubet. Quatuor istæ Trevirorum expilationes à Salviano hisce vocibus memorantur,

(a) Salvian. de gubern. dei l. 6 p. 201. ed. Oxon. 1633. 8°.
(b) Id. p. 216.
(c) Id. p. 219. &c.

[*Non agitur (a) Trevirorum urbe excellentissimâ, sed quia quadruplici est eversione prostrata.*] Posthæc sic (b) [*Expugnata est quater urbs Gallorum Trever opulentissima,*] atq; iterum (c) [*Excisa ter continuatis eversionibus summa urbe Gallorum.*] In his utiq; docet urbem hanc quater expugnari et ter continuis vicibus.

Annos autem in quibus hæc excidia urbs ista passa fuerit, sic digessit Bucherius:

(d) Primò

(d) Primò à Vandalis Anno 410, in vere. (d) Bucher. p. 430. b. Sect. 48.

Secundò, à Francis, eodem anno 410. exeunte.

Tertiò, à Francis, anno 411, in autumno.

Atq; hæc est secunda Francorum irruptio à Frigerido connotata.

Quartò, ab iisdem Francis Anno 415. de quo posteà.

Quòd prima hujus urbis eversio, imò et secunda in anno 410. acciderint, sic arguit Bucherius.

Integram urbem Anno 409. stetisse ex (e) Eusebiæ Monumento atq; epitaphio in illâ urbe posito docet; in quo Consulum Romanorum mentio, urbem hactenus à Vandalis intactam, probabile esse arguit. (e) Bucher. l. 13. c. 7. Sect. 2. pag. 412. b. & p. 424 Sect. 21 b.

Deinde, quòd anno 411. expilata fuerit (f) secundâ jam vice à Francis è Frigerido firmiter statuit. Proinde valdè verosimile videtur prima duo excidia post annum 409. atq; ante annum 411. patrata fuisse. (f) Id. p. 424. ib.

Imò quod prima eversio à Vandalis confecta sit Anno 410. ex eodem Frigerido sic infert: Nam cum Romam subversam iste meminerat, statim subjunxit.

junxit. Interea Reſpendialem Alanorum Regem ad opem Vandalis ferendam, qui à Francis Treverim occupantibus, protriti fuerant, commemorat copias ducentem.

Prima itaq; huic urbi clades à Vandalis illata fuit, nondum ſcilicet omnibus Hiſpaniam ingreſsis, ſed multis per Gallias latè adhuc vagantibus; Quod è Salviano patet. Licet igitur Calviſius hoc excidium à Vandalis Commiſſum Anno 407. tradiderit, probabile eſt illum cogitaſſe de introitu in Hiſpanias, nec de reliquiis in Galliâ adhuc reſtantibus in animo perpendiſſe: Sed has res Bucherius plura quærentibus latiùs perſequitur. Nec interim (a) Trithemius in Annalibus penitus negligendus videtur, qui ad annum 410. Caroci regis Vandalorum in Gallias adventum memorat, atq; Moguntiam, Vormaciam atq; Spiram, urbes unà cum Trevirenſi everſas à Vandalorum reliquiis. At Belgii hæc laniena Vandalis non inulta ceſſit: Franci etenim ab Armoricis (ut (b) creditum eſt) Belgisq; acciti in ſubſidium (c) viginti millia Vandalorum, unà cum rege Godigiſilo, ferro peremerunt:

(a) Trithem. p. 61. Annal. Aimoin. l. 3. c. 1. Crochum vocat, et ab illo everſas urbes meminit.

(b) Bucher. p. 428.

(c) Greg. Turon. l. 2. c. 9.

merunt ; uti Renatus Profuturus Frigeridus apud Turomenſem author eſt : Quo tempore et urbem Treverim Vandalorum manibus eripuêre.

Hæc autem hujus urbis irruptio hoc eodem anno perpetrata fuit. Sigibertus enim diſertè meminit eodem anno à Francis captam quo & Roma, imò et biennio poſt Arcadii mortem. Roma capta eſt anno (*d*) 410. Arcadius mortuus eſt Anno 408. Nam licet numeri annorum appoſiti præpoſtero more plerumq; fluant, hallucinari tamen hic non poſſumus, quippe quod duos hoſce characteres aſſignaverit : unde certum eſt urbem Trevirenſem à Francis Anno 410 eſſe captam ; ſic enim ad hunc annum (*d*) Sigibertus [*Franci ſæpiùs Gallias inceſſentes diripiunt primò, et ſecundâ irruptione incendunt urbem Treverim.*] Aſtipulatur etiam magnum (*e*) Chronicon Belgicum, è quo diſcimus, Anno tertio Theodoſii Junioris, Treverim eſſe à Francis direptam : Theodoſii autem hujus annus tertius cœpit Kal. Maij 410. nam ſecundus à morte Arcadii tunc exiit.

Urbs Trevirorum capta Anno 410. à Francis.

(*d*) Sigibertus, p. 491.

(*e*) Belg. Chron. Germ. hiſt. Tom. 1. à piſtorio edit. p. 12.

Hanc

Hanc etiam Vandalorum Stragem in annum eundem quo & Roma capta est, rejecit Trithemius. Nam cùm jam-jam narraverat ab Alarico eversam Romam, statim sic infert (*f*) [*Dum hæc agerentur in Italiâ per Gothos Franci tempus adesse rati quo sibi Galliam subjicerent universam, contractis copiis adunaverunt exercitum, et sub ducibus Pharamundo &c. fines Gallicanos ingressi primò cum Vandalis congrediuntur, qui Gallias denuò incursabant, quorum regem Godgisith* (quem nonnulli Godogisilum nuncupant) *cum viginti millibus occiderunt.*] Colonia item Agrippina à Francis tum eversa fuit ut è Salviano tradit idem (*a*) Bucherius.

(*f*) Trithem. in annalib. p.62.

(*a*) Buch. p.428.Sect.38.

Atque hæc sunt (inquit (*b*) idem) Francorum cis Rhenum in Belgio nostro, Germaniâ inferiore secundâve primordia. Anno sc. 410. quo & eodem urbem Trevirensem in ditionem suam redegêre.

(*b*) Id. p.430. b. Sect. 49.

At posthæc quid in re fuit, quod Franci iteratò Treviros irato magis animo aggressi fuerint, atque subvertèrent, latiùs è Bucherio petendum est.

Anno

Anno enim 411. urbs hæc iterum à Francis direpta atq; expilata fuit. (*c*) Frigeridus enim sic [*Treverorum Civitas à Francis direpta incensaq; est secundâ irruptione.*] Tempus autem secundæ hujus cladis Frigeridus exactè signavit, cum Constantini tyranni exitium eodem anno narraverit accidisse, *h. e.* anno 411.

(*c*) Frigerid. apud Turonens. l. 2. c. 9. p. 35.

Causam hujus eversionis à Lucio viro Senatorio petunt: historiolam, siquis velit, (*d*) evolvat alios.

(*d*) Epitom. Franc. l. 2. c. 4, 7. Aimoin. l. 1. c. 3.

Quarta atq; ultima Trevirorum expugnatio tertiò tandem à Francis acta fuit *Anno* 415. ut è Vendelino in lege Salicâ aliisq; edoctus, (*e*) Bucherius Statuit.

Ritius de reb. Fran. p. 533. & Buch. pag. 435. *a.*

(*e*) Buch. p. 444. *a.*

At Franci Treveris sedem regni noluére affigere; sed potius in urbe (*f*) *Divoduro Mediomatricum* in Lotharingia, hodiè *Metz* dictâ, solium regni Austrasiani seu Orientalis (*Oosterrich*) posuêre.

(*f*) Id. 445. *a.* Sect. 4.

Hoc anno etiam Theodemirus (qui Rhenano *Thiedo* & *Thiedemerus*, Ivoni Carnotensi (*g*) *Didiò*, dictus est) rex Francorum unà cùm Ascilâ matre, bello lacessitus est à (*h*) Castino Romanorum duce, & denuò interemptus.

(*g*) Ivo carnot. p. 51.

(*h*) Epitom. Fran. l. 2. c. 9. Turon. l. 2. c. 9. Bucher. 443. *b.*

Atq;

Atq; hinc verisimile videtur (ruente jam omano Imperio) Theudimerum, licet olim Romanis fidum, tamen nunc cum Francis suis contribulibus trans Rhenum unà conspirasse, atq; in bellicis rebus, imò ipsa fortè Trevirorum expugnatione, ducem se præbuisse. Unde Romani ira exacerbati copias adversos Francos eduxerint, atq; regem hunc deleverint.

Interempto autem jam *Theudimero*, (*a*) primo cis Rhenum Francorum rege, probabile est *Pharamundum* eodem anno successisse in regnum, atq; ex duce Trans-Rhenano in regium culmen evasisse, et omnes ex utraq; Rheni ripâ Francos rexisse.

(*a*) Bucher. p. 443. *b.* Sect. 11.

Anno 415. II. *Pharamundus* Marcomiri filius, Francorum cis Rhenum rex verè secundus, licet plerisq; primus dictus fuerit. Franci sub hoc rege licèt bello à Romanis petiti fuerint & aliquantispèr repulsi; non tamen Galliâ penitus cessêre: Imo certum est illos Romanis ferociùs insiluisse, & in ditionem Honorii latiùs evagatos. Nam Anno 417. ipsius Honorii concessu Coronatum hunc Pharamundum in regem Francorum ritu solen-

ni,

ni, & partem Galliæ Belgicæ illius regno allocatam, ſtrenuè probat (*b*) Bucherius noſter. Quidni & ab exceſſu *Theudimeri*, rex primò audierit; ſed jam protritis & dimotis Romanis ad pacem obtinendam Imperio ſatis indecoram, Honorius invitus licet, coactus tamen fuerit partibus aliquot Galliæ cedere atq; in regem evectum Coronâ dignari.

(*b*) Buch. optimè p. 616. et p. 453. *a.b.*

Quod nolente-volente Honorio Pharamundus (*c*) priùs rex ſed jam) coronam Imperatoris conceſſu acceperit *An.* 417. ſic probandum; Proſper aſſerit regnaſſe Pharamundum anno Honorii 25. numerato ſc. à morte Valentiniani quæ accidit *Anno* 392. Cui ſi 25us adjiciatur, elicitur 417. Imo & (*d*) celebrem ☉ eclipſin annotat *anno* inſequente accidiſſe. Hæc autem eclipſis *Anno* 418. viſa fuit, ut ex aliis tum & è calculo patet. Quomodo n. Honorius (uti Proſper inibi) annos Imperii 32. numeraſſe potuit, cum mortuus fuerit Anno 423. 18 Kal. Sept. ut rectè tradunt omnes bonæ notæ Chronologi, niſi computetur initium vel ab anno 392. Maii 17. à Valentiniani ſc. nece, vel ſaltem ab anno 393. Jan.

(*c*) Ante annum 417. Buch. p. 453. Sect. 7.

(*d*) Bucher. p. 452.

Jan. 16, quo tempore Augustus declaratus fuerit, teste Marcellino Comite, atq; exinde 25 annus Honorii cæpit anno 417. Jan. 16. atq; exiit anno 418. Jan. 16. in cujus anni revolutione Pharamundum Coronatum audivimus.

Hinc est quod regni Francici originem variis susq; deq; annis tradentes fluitent, cum non perpenderint 25 annum Honorii à morte Theodosii Patris dinumerandum non esse.

(a) Petav. Doct. Temp. l. 11. c. 48. & l. 13. pag. 775.

Atq; hinc est quod (a) Petavius in hac re hallucinetur, cum Francorum regnum Anno 420. cœpisse statuat. Sigibertus ad annum 418. rejicit sc. ante Bonifacii Papatum: Sed falluntur.

(b) Ritius, p. 533.

Regnavit annis XI. inquit (b) Ritius; sed intelligendus est à tempore acceptæ Coronæ Imperatoris concessu, *i. e.* ab Anno 417. atq; eo modo benè cum Prospero connectitur, qui Clodium Anno 428. regnantem induxit.

Anno 428. III. *Clodio* seu Clogio seu Cloio, Clodius, & Claudius dictus, Pharamundi pleriſq; filius. [*Eo tempore* (inquit (c) Aimoinus) *Romano Imperio à ferreâ firmitate in testaceam decidente*

(c) Aim. de gest. Fran. l. 1. c. 5. p. 256.

dente fragilitatem ; Burgundiones Lugdunenſem, Gothi Aquitanicam pervaſerunt Provinciam] Hic rex *Diſpargi* ſedem regni conſtituit in Thuringorum ſeu Tungrorum finibus : alii (*d*) *Heſſbargem* vocant. Quem locum quidam autumnant eundem eſſe cum hodierno (*e*) *Duyſburgh* in ducatu Clivenſi ad Rhenum ; alii *Dieſt* in Brabantiâ, alii (*f*) *Henſberg* ad Wormium fluviolum in ducatu Juliacenſi. Cæteri judicent.

(*d*) Epitomat. l. 2. c. 9. p. 95.

(*e*) Ferrarii Lexi.

(*f*) Buch. 475.

Regnare cœpit 5° Theodoſii 2^di. ut appoſuit (*g*) Proſper, *i. e.* ab Honorii morte, proindeq; anno 428.

(*g*) p. 51.

Hoc etiam anno ante Clodionem in ſolio firmatum crederem Francos ab Ætio repulſos, de quâ re Proſper & Caſſiodorus ad annum in quo Taurus & Fœlix Conſules extitêre, *i. e.* 428.

(*h*) Buch. p. 501. *b.*

Annum juxta 442. Clodio in Carbonariam Sylvam ſeu Hannoniam progreſſus, Tornacum & Cameracum ſubegit. (*i*) Cameraci autem ſepultus poſtea fuit.

(*i*) Id. p. 503. *a.*

Abhinc ad Atrebates & Fluvium Sominam regnum proferre ſtudens, ab Ætio in vico Helenâ victus eſt *Anno* 444. Locus iſte hodie *Heulin* ſeu *Olhain*

hain, ad ripam parvi rivuli in Artesiâ inter *Arras* & *Pernes* situs, uti Bucherius è Sidonio conjicit in panegyrico ad Majorianum vers. 213. Rex autem iste post Tungros Tornacenses & Cameracenses subactos mortuus est anno regni (*a*) 20, Christi 448.

Id. p. 504. *b*.

Anno 448. IV. *Meroveus* (*b*) consanguineus Clodionis, illo rebus humanis exempto, Imperare cœpit [*Anno* 15. *Theodosii* 2. *id est à morte Honorii Merovæus* (inquit (*c*) Prosper) *regnat in Franciâ, i.e. Anno* 448. Ætio contra Attilam in subsidium venit *Anno* 451. & anno insequenti promovet regnum (*e*) uti Sidonius,

(*a*) Ritius. p. 533.
(*b*) Bucher. p. 505. *b*. & l. 16. c. 9. Sect. 3. & p. 617. *b*.
(*c*) Prosper. p. 52.
(*d*) Buch.
(*e*) Sidonius in Avito, vers. 373.

Francus Germanum primum Belgamq; secundum
Sternebat ——

Et post vers. 377.

——*Princeps jam Maximus unum,*
Quod fuit in rebus peditumq; equitumq; Magistrum
Te sibi Avite legit ——

(*f*) Buch. p. 519.

Mortuus hic rex & Sepultus (*g*) Tornaci

(*g*) Id. p. 503. *b*. Sect. 6.

naci atq; annis (h) 8. duntaxat regnavit. (h) Id. p. 526. b. Sect. 10.

Anno 456. V. *Childericus* Merovæi filius hoc anno regnare cœpit; uti probare nititur (i) Bucherius, atq; uno tramite decurrit (k) Petavius, (i) Ibid. (k) Petav. de Doctr. Temp. p. 793.

Franci dejecto Childerico (l) Egidium è stirpe Romanâ Satum in regem elevarunt, atq; per 8. annos retinuêre; denuò Childericus restitutus est (m) Anno 464. (l) Turon. l. 2. c. 12. (m) Buch. p. 540.

Hic rex Tornaci Sepultus est ut è libro (n) Chiffletii patet, qui Childerici Anastasis inscribitur: Anno enim 1653. Monumenta Childerici cum ornamentis Regis Tornaci eruta esse narrat. (n) Buch. p. 543. & 615. b. Sect. 35.

Anno 482. VI. (o) *Clodovæus* Childerici è Basina filius (p) Chrotildem filiam Chilperici regis Burgundiæ in uxorem duxit. (o) Id. p. 526. b. Sect. 9. (p) Id. p. 577.

Anno 495. (q) *Chlodomer* filius natus est. Anno insequenti 496. sc Alemannos ad Tulbiacum vicit, (r) hodiè *Zulpech* & *Zulch* in Triangulo cum Colonia & Juliaco; et ad Christum conversus est. (q) Id. p. 578. b. (r) Id. 578 b. Turon. l. 2. c. 36, 37.

Posthæc in Vocladensi prælio cum Gothis prosperrimè conflixit Anno

(f) p. 596. b. 507. uti credit (f) Bucherius: At ſuper hoc prælio diſſentire cogor. Nam de Vocladenſi ſic Iſidorus, quod anno 10. Zenonis, atque æræ Hiſpanicæ anno 521. acciderit. Subductis itaq; 38 annis pro more reducendæ æræ, reſiduus eſt annus 483. Chriſti, 10. Zenonis congruus [*Eurico*, inquit, *mortuo, Alaricus filius apud Toloſenſem urbem princeps Gothorum conſtituitur, regnans an.* 23.] quibus ad 483. adjectis emergit *Annus* 506. occiſionis Alarici in prælio Vocladenſi. *Adverſus quem* (inquit) *Ludvicus Francorum princeps, Galliæ regnum affectans, Burgundis omnibus ſibi auxiliantibus, bellum movit, fuſſq; Gothorum copiis ipſũ* poſtremũ regẽ (hoc eſt in Toloſa & in Gallia) *apud Pictavos ſuperatum interfecit. Anno* 508. Pariſiis ſedem regni primus conſtituit, ubi & in hodiernum diem durat. Turon. l. 2. c. 38. & (a) Bucher. p. 598. Anno 509, 510. extinxit regulos quoſdam Francorum, ut in ſublimius evolaret, *Syagrium* ſeu Sigibertum Ægydii filium, & *Sigibertum* etiam filium, Coloniæ.

Pariſiis ſedes regia Francorum, An. 508.

(a) Buch. p. 573.

Sigibertus Gemblacenſis mortuum ſcribit *Anno* 514. quem Trithemius, Gagui-

Gaguinus, Æmylius, Calviſius, Helvicus, cæteriq; fere omnes cæco tramite inſequuntur. (b) Petavius mortuum vult Anno 510. At à Bucherii partibus ſtare videtur veritas. Nam quinto anno poſt Vocladenſe prælium illum obiiſſe ſtatuit (c) Gregorius Turonenſis. At hoc accidit Anno 506. 12 mill. paſſib. à Pictavenſi urbe.

(b) Petav. Doct. Temp. l. 11. c. 48.

(c) Turo. l. 2. c. 43. et Epitom. p. 101.

Obiit etiam Anno 112. à tranſitu * Martini, ut idem Turonenſis aſſerit; at Martinum tranſiiſſe Anno 400. Nov. 11. tradit (d) Bucherius. Martinus, ut ex * aliis hauſimus, iniit Epiſcopatum Anno 8°. Valentis & Valentiniani, & ſedit An. 26, menſ. 4. diēb. 27. Conſulatur etiam Petavius de Doctr. Temporum, l. 11. c. 44.

* Id. nov. vigitia Martini Turon. l. 5. c. 24.

(d) Buch. p. 618. b. * Turon. l. 10. c. 31.

At licèt obitus Martini incertus hæreat: ex anno Aurelianenſis Synodi et ex obituariis *Genovefæ* Bucherius pro certo ſtatuit illum obiiſſe Anno 511. Novemb. 27.

(e) Id. p. 526. a. Sect. 9. & 603. & 624. b. Sect. 6.

Vixit annis (f) 45 (g) regnavit 30 Pariſiis (h) obiit atq; ſepultus, 4. reliquit filios; 1. Theodoricum qui *Metis* regnavit, & regnum accepit Auſtraſiæ: 2. Chlodomirum, *Aurelianis*: 3. Childebertum, *Pariſiis*: & 4. Chlo-

(f) Id. p. 543. (g) Turon. l. 2. c. 43. (h) Id. l. 2. c. 43.

tarium *Sueſſionis*, uti Turonenſ. l. 3. c. 1. 6. 18. & Aimoinus, l. 2. c. 1.

Ut verò in perplexa ſequentis ſæculi hiſtoria magis effulgeat veritas, ecce Chlodovei Stemma genealogicum:



1. De

1. *De Theodorico Metis seu (a) Austrasiæ rege.*

(a) Urspergens. p.68.

511. *Theodoricus* Metis solium habuit hodie *Metz*, ad fluvium Axonam in Lotharingia. Mortuus est 23. anno regni sui, *Tur. l.3. c.23.* & reliquit Theodebertum filium.

533. *Theodebertus* fil. Theodorici, Visigardin duxit, filiam Waconis Longobardorum regis, *Tur. l. 3. c.20. Aimoin. l. 2. c. 12.* Postea duxit Deuteriam, *Tur. l. 3. c.22.* In Italia multas Provincias subegit Anno 539. Marcellinus com. p. 53. *a.* Et postea Comitem Buccellinum misit. Mortuus est anno 37. post obitum Chlodovei et 14 regni sui. *Tur. l. 3. cap. 37.* è Deuteria filium suscepit Theodovaldum, *Id. c.27.*

546. *Theodovaldus* Theudiberti filius Vuldotradam duxit uxorem, *Tur. l.4. c.9.* moritur anno 7° regni sui, *Tur. lb. h.e.* anno 553. ut Marcellin. Comes, p.55.

Tum Clotharius accipit & uxorem ejus & regnum. *Id.*

2. *De Chlodomire Aurelianis seu in regno Burgundiæ.*

511. *Chlodomiris* secundus Chlodovei fil. Aurelianis regnat. Natus est anno 496. ut Bucher. 578. *b.* Gundeucam duxit in uxorem & *(a)* 3. filios suscepit, Theodovaldum, Gunthariun & Chlodovaldum, Tur. l. 3. c. 6. Interfectus est Anno 517. in bello Burgundico contra Godomarum, *Ib.*

(a) Tur. l. 3. c. 6. Aim. l. 2. c. 24.

Duo filii seniores à Chlotario Patruo barbarè sunt confossi. Chlodovaldus morti ereptus in Clericum tondetur. Atq; tum Childebertus & Chlotarius regnum Chlodomiris æquâ lance dividunt. Tur. l. 3. c. 18.

3. *De Childeberto Pariſiis.*

Anno 511. VII. *Childebertus* tertius relictus filius Clodovei Pariſiis poſt Patrem regnavit, cæteris fratribus more Tetrarcharum alibi regnantibus. Mortuo Clodomire unà cum Clotario ejus regnum æquis partibus dirimebat, & tandem obiit ſine prole (*a*) Anno 557. & ſepultus eſt in Baſilicâ Vincentii quam ſtruxerat.

(*a*) Marcell. Com. p. 55. Turon. l. 3. c. 24. l. 4. c. 20.

4. *De Clothario* 1°. *Sueſſionis*, A. 511. *Et poſt Pariſiis*, A. 557. *ſeu regno Neuſtriaco.*

Anno 557. VIII. *Chlotharius* quartus filius Chlodovei 1°. ex diviſione quadripartitâ Succſſionis ſedem regni primo obtinuit anno 511. Mortuo (*b*) Chlodomire fratre, accepit Gundeucam uxorem fratris in matrimonium, atque ex illâ Gunthariun ſuſcepit filium, atque unà cum (*c*) Chil-

(*b*) Tur. *l.* 3. *c.* 6. *c.* 21.

(c) Tur. l. 3. c. 18. (c) Childeberto fratre ſuperſtite ut dictum eſt partitus eſt regnum Chlodomiris.

(d) Tur. l. 4. c. 9. Mortuo etiam poſthæc Theodovaldo rege Metenſi, ejus regnum & uxorem ad ſe rapuit. Denuò poſt mortem

(e) Tur. l. 4. c. 20. (e) Childeberti Pariſiaci regis, A. 557. et illud regnum accipit, atq; fit potentiſſimus Galliarum monarcha. Anno altero ab occiſione Chramni filii obiit Compendii, & ſepultus eſt Sueſſionis in baſilicâ ab ipſo conſtructa:

l. l. c. 21. Chramnus occiſus eſt anno 558. ut Marcellinus aſſerit. Ad mortem Theodovaldi jam 44 annis regnaverat

p. 55. c. 21. Clotarius, uti ait idem Marcellinus, pag. 55. atque anno regni 51. obiit, ut Turonenſ. aſſerit, *lib.* 4. *cap.* 21. quod ſi ergo anno 511. cæperit in regno Sueſſionico, tum exemptus eſt rebus humanis, *A.* 561. cum 51. jam currens fuerit. Tempus mortis hujus Clotarii è filiorum regnis magis apparet fuiſſe, *A.* 561. Primus Charibertus Pariſiis regnavit; 2. Gunthcramnus Aurelianis, 3. Chilpericus Sueſſionis, 4. Sigebertus Remis, in regno Metenſi ſeu Auſtraſiæ. (a) Sigibertus autem defunctus eſt anno 14. regni

(a) Turon. l. 4. c. 46.

ni ſui & ætatis 40. atque ab obitu Theodeberti regis Metenſis ad mortem hujus Sigeberti ſupputantur anni 29. uti Turonenſis ibidem. Quod ſi jam 29 anni adjiciantur anno 1. regni Theodeberti, emergit annus 575. pro obitu Sigeberti: Cui anno ſi demas 14. annos regni, reſtat 56. primus pro initio regni Sigiberti, atque mortis patris ſui Clotharii: Quòd ſi iterùm Childebertus filius Sigiberti regnum Metenſe capeſſerit die Chriſti natalis, idque anno 575. exeunte, ut è validis Gregorii Turonenſis Characteriſmis aſtruit Petavius, patre Sigiberto anno 14. regni jam mortuo, tum ſequitur Sigibertum atque 3. reliquos fratres anno 561. ſingulos in variis Galliæ urbibus regnum iniiſſe, atque eodem anno Clotharium vivis exemptum.

Petav. de doct. temp. l. 11. c. 48.

En Stamma Clotharii!



1. Charibertus Parisiis.
2. Gunthcramnus Aurelianis.
4. Sigibertus Remis.
Clotsilda Alboino Longobardorum regi nupta. *Tur. l. 4. c. 35.*

Diviso itaque Clotharii regno in 4. partes, Charibertus sedem Parisiensem obtinuit: 2. Gunthcramnus regnum Burgundiæ et sedem Aurelianensem: 3. Chilpericus regnum Neustriæ et solium Suessionis: 4. Sigibertus regnum Austrasiæ & sedem nunc Metis nunc Remis habuit.

1. *De regno Parisiensi.*

(a) Petav. de doct. temp. l. 11. c. 48. p. 384. D.
(b) Turon. l. 4. c. 26.

A. 561. IX. (a) *Charibertus* seu Aribertus Clotharii filius regnum accipit Parisiense. (b) Ingobergam duxit uxorem, atque ex illa tulit filiam In-

Inguantiam: Gaudebat ſcorterum commercio & tandem mortuus eſt apud (c) Caſtrum Blavium in Aquitaniâ anno regni nono, uti Petavius in prædicto libro de doctr. Temp. Ingoberga autem conjux ejus mortua eſt anno (d) 14. regni Childeberti regis Metenſis.

(c) Aim. l. 3. c. 2.

(d) Tur. l. 9. c. 26.

2. *De Gunthcramno rege Burgundiæ Aurelianis.*

1. Anno 561. *Gunthcramnus* Clotharii filius regnum Burgundiæ forte ſibi devolutum capeſſit: Primo uxorem duxit Venerandam, atque ex illa filium tulit Gundobaldum; dein Marcatrudem poſtea Auſtrigildem duxit, atque filios (e) ſuſcepit Clotharium et Clodomerim. Tandem omnes filios amiſit atque (f) orbus ſuperfuit; defuncto fratre Chilperico rege Sueſſionico, ac tum Pariſienſi, in (g) Tutorem Clotharii ejus filii atque regni Pariſiaci electus eſt, *A.* 584. (h) mortuus eſt autem anno 33. regni proprii 5. Kal. April. *i.e. A.* 594. et Cabilonis ſepul-

(e) Tur. l. 4. c. 25.

(f) Id. l. 5. c. 17.

(g) Id. l. 7. c. 7. & l. 8. c. 18.

(h) Fredegar. c. 14. Aim. l. 3. c. 81.

Gunthc annus in fugam versus est, anno 70. Mauritii. i.e. anno 592. Abbas Biclarensis. p. 16.

sepultus; regnique sui Aurelianensis gubernacula Childiberto nepoti suo, atque tunc regi Metensi, commisit.

2. Anno 594. *Childebertus* rex Metensis è testamento Gunthcrammi rex insuper Burguudiæ evasit; at quarto anno hujusce regni extinctus est.

(i) Aimon. l. 3. c. 84.

3. Anno 597. (i) *Theodoricus* Childeberti filius parte mortuo regnum Burgundiæ accepit. Anno 6°. regni è concubina filium tulit (k) Sigobertum, an. 8°. (l) Childebertum, anno 10. (m) Meroveum filium. Postea duxit (n) Hermenbergam Bertrici Gothorum in Hispania Regis filiam. Anno regni 17. mense Maio, fratrem Theodebertum regem Austrasiæ bello superavit, et tandem Coloniæ obtruncatum obtinuit: (o) atque regnum Austrasiæ suo Burgundico adjunxit. Anno demum regni 18. apud urbem (a) Metensem et ipse extinctus moritur. Eo sublato rejectis spuriis illius filiis (b) Clotharius Chilperici filius integram Franciæ Monarchiam sibimet asciscit.

(k) C. 89.
(l) C. 90.
(m) C. 93.
(n) C. 94.
(o) C. 98.
(a) Aim. l. 3. c. 100.
(b) Id. l. 4. c. 1.

3. *De*

3. *De regno Chilperici Sueſſionico ſeu (c) Neuſtriæ.*

(c) Aim. *l.* 3. *c.* 12.

Anno 561. *Chilpericus*, filius itidem Clotharii, regnum Sueſſionicum ſeu Neuſtriæ; *i.e. Weſtenrich* ſeu occidentale regnum, reſpectu ſc. Auſtraſiæ, ſorte ſibi amandatnm accepit. Fredegundam matrimonio adjunxit, atque *(d)* filios duos excepit, 1um *Theodebertum*, alterum Clodobertum; amiſit utrumq; *(e)* Theodebertus mortuus eſt 28. die ante Sigebertum regem Metenſem, *A.* 575. quem unà cum Meroveo & Clodovæo ex *(f)* Andoverâ uxore hauſerat. Meroveus *(g)* Brunichildem Sigiberti relictam impiè duxit. *(h)* Clodoveus occiſus eſt. *(i)* Aſſociavit præterea Galſuintham ſeu Galſontam Athanagildi Gothorum in Hiſpania regis filiam. *(k)* Samſon filius ejus vix quinquennis moritur. Regnum ſuum extorquente Sigiberto fratre, Auſtraſiæ rege, aliquamdiu amiſit, defuncto autem Sigiberto *(l)* in integrum recepit.

(d) Tur. *l.* 5. *c.* 35.

(e) Id. *l.* 4. *c.* 46. & *c.* 33.

(f) *l.* 4. *c.* 28.

(g) *l.* 5. *c.* 12.

(h) Id. *l.* 5. *c.* 40.

(i) Id. *l.* 4. *c.* 20.

(k) Id. *l.* 5 *c.* 23.

(l) Turon. *l.* 5. *c.* 48. & Aim. *l.* 3. *c.* 12.

Poſt

Post mortem Chariberti fratris et regnum Parisiense suæ ditionis fecit; de quâ re inferius.

4. *De regno Sigiberti Metensi, Austrasiæ seu Remensi*

1. Anno 561. Sigibertus ultimus Clotharii filius ex sorte regnum Austrasiæ seu Austriæ sibi allocatum administravit.(*m*) Brunam seu Brunichildem Athanagildi Gothorum regis in hispania filiam toro sibi copulavit. (*n*) Regno Chilpericum Suessionico & Parisiensi aliquandiu exuit. Interfectus est tandem ad (*o*) Victoriacum, Anno regni 14. atque annis ab obitu Theodiberti regis Metensis 29. (*p*) à morte Theodeberti nepotis sui & Chilperici fratris filii diebus 28. anno 575. Regnavit (*q*) annis plenis 13.

(*m*) Tur. *l.* 4. *c.* 27.

(*n*) Tur. *l.* 4. *c.* 23.

(*o*) *L.* 4. *c.* 46.

(*p*) Id.

(*q*) Aim. *l.* 3. *c.* 12.

2. Anno 575. *Childebertus* Sigiberti filius, Austrasiæ rex inauguratur die natali Domini, Decemb. 25. vix lustro ætatis peracto: Anno decimo regni, illi natus est filius (*a*) Theodebertus, *A.* 12. regni alter filius

(*r*) Tur. *l.* 5. *c.* 1.

(*s*) Id. *l.* 8. *c.* 37.

(*a*) Turon. *l.* 9. *c.* 4.

filius Theodoricus in rerum naturam prodiit. Posthæc dum annum regni Burgundici agit quartum et Austrasiæ 23um ætatisq; 25um rebus humanis exemptus est, Anno ut videtur 597.

3. Anno 597. (b) *Theodebertus* Childeberti filius in solium Metense unctus est. Anno regni 15. Bilichildem uxorem interemit & (c) Theodechildem alteram superinduxit. Occisus est in bello contrà fratrem Theodoricum conflato (d) Coloniæ Agrippinæ anno regni 17.

(b) Aim. l. 3. c. 84.

(c) Id. l. 3. c. 98.

(d) Ib.

4. Anno 613. *Theodoricus* Childeberti filius alter & frater Theodeberti occiso ut dictum est fratre apud Coloniam regnum Austrasiæ suo Burgundico adjecit. At rebus hisce prosperis vix anno potitus emoritur: *Anno* regni sui Burgundicis 18. Austriaci primo cujus post funera Clothario Chilperici filio Francia integra cessit.

Anno 570. X. *Chilpericus* Clotharii filius defuncto Chariberto fratre, Parisiorum rege anno 9. solium fraternum

Post mortem Chariberti fratris et regnum Parisiense suæ ditionis fecit; de quâ re inferius.

4. *De regno Sigiberti Metensi, Austrasiæ seu Remensi*

1. Anno 561. Sigibertus ultimus Clotharii filius ex sorte regnum Austrasiæ seu Austriæ sibi allocatum administravit. (*m*) Brunam seu Brunichildem Athanagildi Gothorum regis in hispania filiam toro sibi copulavit. (*n*) Regno Chilpericum Suessionico & Parisiensi aliquandiu exuit. Interfectus est tandem ad (*o*) Victoriacum, Anno regni 14. atque annis ab obitu Theodiberti regis Metensis 29. (*p*) à morte Theodeberti nepotis sui & Chilperici fratris filii diebus 28. anno 575. Regnavit (*q*) annis plenis 13.

(*m*) Tur. *l.* 4. *c.* 27.

(*n*) Tur. *l.* 4. *c.* 23.

(*o*) *L.* 4. *c.* 46.

(*p*) Id.

(*q*) Aim. *l.* 3. *c.* 12.

2. Anno 575. *Childebertus* Sigiberti filius, Austrasiæ rex inauguratur die natali Domini, Decemb. 25. vix lustro ætatis peracto: Anno decimo regni, illi natus est filius (*a*) Theodebertus, *A.* 12. regni alter filius

(*r*) Tur. *l.* 5. *c.* 1.

(*s*) Id. *l.* 8. *c.* 37.

(*a*) Turon. *l.* 9. *c.* 4.

filius Theodoricus in rerum naturam prodiit. Posthæc dum annum regni Burgundici agit quartum et Austrasiæ 23um ætatisq; 25um rebus humanis exemptus est, Anno ut videtur 597.

3. Anno 597. (b) *Theodebertus* Childeberti filius in solium Metense unctus est. Anno regni 15. Bilichildem uxorem interemit & (c) Theodechildem alteram superinduxit. Occisus est in bello contrà fratrem Theodoricum conflato (d) Coloniæ Agrippinæ anno regni 17.

(b) Aim. l. 3. c. 84.

(c) Id. l. 3. c. 98.

(d) Ibi.

4. Anno 613. *Theodoricus* Childeberti filius alter & frater Theodeberti occiso ut dictum est fratre apud Coloniam regnum Austrasiæ suo Burgundico adjecit. At rebus hisce prosperis vix anno potitus emoritur: Anno regni sui Burgundicis 18. Austriaci primo cujus post funera Clothario Chilperici filio Francia integra cessit.

Anno 570. X. *Chilpericus* Clotharii filius defuncto Chariberto fratre, Parisiorum rege anno 9. solium fra-

Post mortem Chariberti fratris et regnum Parisiense suæ ditionis fecit; de quâ re inferius.

4. *De regno Sigiberti Metensi, Austrasiæ seu Remensi*

1. Anno 561. Sigibertus ultimus Clotharii filius ex sorte regnum Austrasiæ seu Austriæ sibi allocatum administravit. (*m*) Brunam seu Brunichildem Athanagildi Gothorum regis in hispania filiam toro sibi copulavit. (*n*) Regno Chilpericum Suessionico & Parisiensi aliquandiu exuit. Interfectus est tandem ad (*o*) Victoriacum, Anno regni 14. atque annis ab obitu Theodiberti regis Metensis 29. (*p*) à morte Theodeberti nepotis sui & Chilperici fratris filii diebus 28. anno 575. Regnavit (*q*) annis plenis 13.

(*m*) Tur. *l.* 4. *c.* 27.

(*n*) Tur. *l.* 4. *c.* 23.

(*o*) *L.* 4. *c.* 46.

(*p*) Id.

(*q*) Aim. *l.* 3. *c.* 12.

2. Anno 575. *Childebertus* Sigiberti filius, Austrasiæ rex inauguratur die natali Domini, Decemb. 25. vix lustro ætatis peracto: Anno decimo regni, illi natus est filius (*a*) Theodebertus, *A.* 12. regni alter filius

(*r*) Tur. *l.* 5. *c.* 1.

(*s*) Id. *l.* 8. *c.* 37.

(*a*) Turon. *l.* 9. *c.* 4.

filius Theodoricus in rerum naturam prodiit. Posthæc dum annum regni Burgundici agit quartum et Austrasiæ 23um ætatisq; 25um rebus humanis exemptus est, Anno ut videtur 597.

3. Anno 597. (b) *Theodebertus* Childeberti filius in solium Metense unctus est. Anno regni 15. Bilichildem uxorem interemit & (c) Theodechildem alteram superinduxit. Occisus est in bello contrà fratrem Theodoricum conflato (d) Coloniæ Agrippinæ anno regni 17.

(b) Aim. l. 3. c. 84.

(c) Id. l. 3. c. 98.

(d) Ib.

4. Anno 613. *Theodoricus* Childeberti filius alter & frater Theodeberti occiso ut dictum est fratre apud Coloniam regnum Austrasiæ suo Burgundico adjecit. At rebus hisce prosperis vix anno potitus emoritur: Anno regni sui Burgundicis 18. Austriaci primo cujus post funera Clothario Chilperici filio Francia integra cessit.

Anno 570. X. *Chilpericus* Clotharii filius defuncto Chariberto fratre, Parisiorum rege anno 9. solium fraternum

ternum invaſit atque regnum Pariſienſe Sueſſionico ſuo adjunxit. Luxurioſus admodum atque ambitioſus fuit; Mortuo n. patre ſtatim Pariſiis adjecit animum, ſed repulſam à fratribus paſſus, Tetrarchiam ſuam ſortitò indultam moderabatur. At tandem voto potitus eſt, & Sigiberti fratris regno apud Remos conſtituto vim intulit, atque exinde à Sigiberti copiis exutus eſt utriuſque regimine, & Tornaci obſeſſus. Mortuo autem Sigiberto in obſidione ut ferunt è veneno res ſuas iteratò capeſſit, *A.* 575. *(e)* Octo abinde fluentibus annis, natus illi filius Theodoricus anno 583. & confeſſim denatus eſt. Paulò deinde ante mortem ſuſcepit *(f)* Clotharium filium 4. ſc. menſibus. Mortuus eſt autem vulnere, *A. (g)* 9. Childeberti Regis Metenſis, *i. e. Anni* 584. in villâ *Catenſi* diſſitâ atque ſepultus 100 ſtadiis ab urbe Pariſiorum eſt in æde B. Vincentii. *A.* 24. *(h)* Gunthcramni (inquit Fredegarius) Chilperico interfecto, filium ejus Clotharium quadrimeſtrẽ Gunthcramnus unà cum regno Pariſiaco in tutelam ſuſcepit. Quod ſi 23. annos regni Cunth-

Tur. *l.* 4. *c.* 22.

(e) Turon. *l.* 6. *c.* 27, 34.

(f) Id. *l.* 6. *c.* 41. & *l.* 7. *c.* 7.

(g) Id. *l.* 6. *c.* 46.

(h) Fredeg. *l.* 2. *c.* 3. *p.* 120.

Gunthcramnici completos, *A.* 561. (in quo cæpit Gunthcramnus) adjeceris, emergit, *A.* 584. ad obitum Chilperici & Chlotarii initium designandus. Atq; etiam si Charibertus prior Parisiorum Rex 9. annis regnaverit, uti creditum est Petavio, cujus vestigiis jam plerumq; inhærebimus; tum utique Chilpericus in solio Parisiaco sederit anno 570. Anno itaq; regni (*a*) Suessionici 23. Parisiaci autem 14. interfectus oppetiit.

(*a*) Petav. de doc. temp. *l.* 11. *c.* 48. *p.* 384. D.

Anno 584. XI. *Chlotarius* 2us. Chilperici filius, infans 4. mensis patre obtruncato natus, sub avunculi Gunthcramni tutamine primitias regni egit. Anno regni 36. (*c*) Bertrudis illius regina fato concessit. Illa migrante Sichildem in uxorem ascivit, è quâ filium Haribertum seu Charibertum; è priore Dagobertum, sustulerat, quem regno Austrasiæ anno 39. præfecit: *A.* 42. Gomatrudem filio sociavit. (*d*) Anno demum regni paterni, *i. e.* Parisiensis 44. completo, cui Chilpericus insederat, & monarchiæ integræ 16. defunctus est. Per 15. annos regnum Franciæ integrum

(*b*) Id. ib. & Rationarii Parte 1. *l.* 7. & 14. 8. *p.* 356. Tur. *l.* 7. *c.* 7. & *l.* 8. *c.* 18.

(*c*) Aim. *l.* 4. *c.* 8. *c.* 11, 12.

(*d*) Id. *c.* 16.

retinuerat, inquit (*e*) Fredegarius: Et 45. currente regni sui. Anno itaque 613. Theodorico Austrasiæ rege è vivis sublato Chlotarius hic monarchiam adeptus est atque anno tandem (*f*) 628. mortuus ad D. vincentii tumulto insignitus est.

(*e*) c. 42.

(*f*) Petav. Rat. p. 1. l. 7. c. 14.

Filius Meroveus in pugna cum Theodorico Aurelianensi anno ejus nono captus est. Aimoin. *l.* 3. *c.* 91.

Anno 628. XII. *Dagobertus* Chlotarii filius hoc anno regnare cæpit, duos numeravit filios, Sigibertum nothum è Nanthilde anno regni 12. Clodovæum. Sigibertum Austriæ præfecit; obiit in *Spinogilo* villâ ad Sequanam, à Lutetia non procul & in æde D. Dionysii sepultus, quam speciosè admodum struxerat, mortuus 14. Kal. Feb. anno regni 16. & Christi 644. Petav. Rat. *pt.* 1. *l.* 8. *c.* 2. *p.* 361.

Aim. *l.* 4. *c.* 17, 27. Pet. *p.* 1. *p.* 356. D'Espinay.

Id. ib. *c.* 33. vo. Carno. *p.* 52. Epitom. *l.* 1. *c.* 43. & *l.* 2. *c.* 79. *p.* 147.

Anno

Anno 644. Jan. 19. XIII. *Chlodoveus* II. Dagoberti filius hoc anno ſolium Francorum regale conſcendit. Ex Bathilde reginâ 3 filiis gaudebat Chlothario Childerico & Theuderico. Regnavit annis 16 & 17 anno regni mortuus eſt anno 660. Aim.l.4. c.35. Epit.l.1. c.44. Petav. rat. p.362.

Anno 660. XIV. *Clotharius* III. Chlodovei II. filius (*a*) regnat 4. annis atq; extinctus, (*b*) anno 664. (*a*) Epitom.l.1. c 45. (*b*) Pet. rat. p.363.

Anno 664. XV. *Theudericus* I. Chlodovei II. (*c*) filius & frater Clotharii III. brevi ſpatio rebus præfuit anno ſc. propè (*d*) uno. (*c*) Id.p.363. (*d*) Epit. l.1. c.45.

Anno 665. XVI. *Childericus* II. Chlodovei item II. filius annis in regno (*e*) 3 functus, adhuc viz. fluentibus, non integris poſt paſcha in anno (*f*) 667. interfectus eſt. (*e*) Ib. (*f*) Pet. part 1. pag.363.

Anno 667. XV: *Theudericus* I. occiſo fratre iteratò regnat. Quod ad annos regni, quantum immane diſtant Scriptores, cum alii 14, alii 18, alii 19, alii 26 annos aſſignant. Obiiſſe ſtatuit è Paradino Petavius *Anno* 690. tum annos 23 juxtà, rebus præfuiſſe videtur. Rothildem in Reginam ſuſcepit. (*g*) Epit. l.1. c.45. & 49. (*h*) Pet.rat. 369.

Anno 690. XVII. *Chlodoveus* III, *Theuderici* filius (*i*) regnavit annis 4. atq; obiisse videtur, *Anno* 694. At in periodum jam festinante Calamo, vix aliquid præter uniuscujusq; regni Epochen proferendam duximus.

(*i*) Epit.l.1. c.49. Fred.c.101. Per.p.369.

Anno 694. XVIII. *Childebertus* II. *Chlodovei* III. (*k*) frater, annis 17. ut Epitomastes, annis 13. ut Fredegarius corruptè satis. Verum est per annos 17. durasse in regno, quale sc. per majores domûs seu Prætorii præfectos exercuisse licuit jamjam assurgentes ad solium. (*l*) Obiit autem anno 711.

(*k*) Epit. l. 1. c. 49. Fred. c. 104. Epit. l. 1. c. 5.

(*l*) Per. v. 369.

Anno Christi 711. XIX. *Dagobertus* II. *Childeberti* II. filius (*m*) regnat annis 5. atque fato cedit (*n*) *Anno* 715.

(*m*) Epit. l. 1. c. 50, 52. Fred. c. 106.

(*n*) Per. p. 369. Marian. p. 733.

Anno Christi 715. XX. *Chilpericus* secundus, seu *Daniel*; quem asserunt nonnulli filium *Childeberti* & *Dagoberti* fratrem; alii autem fatum regio sanguine & è Monasterio ad fastigium regale evectum; sed à Carolo Martello victum die dominico 12 Kal. April, *i. e.* Anno 717. nam ejus anni C. litera dominicalis fuit, ideoq; annus istius

Epit. l. 1. c. 53.

istius victoriæ 717. Quo victo, Carolus Chlotharium in regnum evehit.

Anno Christi 717. XXI. *Chlotharius* evehente Carolo regnat Theodorici I. filius. At eodem (*a*) anno mortuus est. Alii 2. annis (*b*) regnasse ferunt.

(*a*) Epit. 16.
(*b*) Effig. reg. Fran. Francofurt. edit. p. 43. Sigibertus.

Mortuo autem Chlothario (*c*) Chilpericus non diu superstes extitit, ærũnis etenim undiq; per quinquennium regni vexatus, anno 5° regni moritur, atq; Christi 720. Ita n. Marianus in annalibus [*Anno* 720. *mortuo Hilprico & Noviomagi sepulto qui regnavit annis* 5 & $\frac{1}{2}$ (Franci) *Theodericum regem faciunt.*]

(*c*) Epit. l. 1. c. 52. Fred. c. 107. Petav. p. 369. Marian. p. 720.

Anno Christi 720. XXII. *Theudericus* II. Dagoberti II. filius (*d*) in solium à Carolo erigitur, atque annis regni 15. tandem evolutis moritur, Anno 735.

(*d*) Epit. l. 1. c. 53. Fred. c. 107.

(*e*) *Interregnum Annorum* 7.

(*e*) Petav. p. 369.

Anno 742. XXIII. *Childericus* III. *Theuderici* II. frater è stirpe Merovei postremus Francorum Rex annis (*f*) 9. regnavit; nam anno 750. *Childericus*

(*f*) Sigibertus p. 549.

attorsus est, & in Monasterium depulsus.

Anno 750. XXIV. *Pepinus* è majore domus regiæ (*g*) *secundum morem Francorum electus in Regem & unctus per annum Sanctæ memoriæ Bonifacii Moguntiacensis urbis Archiepiscopi & elevatus est à Francis in regno in Suessionis civitate*] Anno posteà 752. Stephanus Papa (*h*) confirmavit Pepinum Sancta unctione in regem. Ab hac confirmatione Papali regnavit annis (*i*) 15 mens. 4 d. 20. atq; obiit 8. Id. Aug. inquit Rhegino, atq; illum filii excepere, 7 Id. Octobr. At Marianus mortuum 9 Kal. Octobr. 768 statuit.

(g) Regin p. 23 Marian. p. 437 Sigib. p 549. Aldel. p. 383.

(h) Regin. p. 3.

(i) Aldel. p. 383.

Anno 768. *Carolus Magnus* primo (*k*) *Noviomi* seu *Noviomagi*, *i. e. Spiræ* regnat : dum interim Carolomannus Sceptra regni (*l*) Suessionici tenet. Carolomanno autem decedente è vivis in villâ *Salmonciacâ* pridie Non. Dec. (*m*) Anno 771. Carolus Magnus regnum Franciæ in solidum obtinuit : atq; tandem ob egregium auxilium Papæ contra Longobardos præstitum, exeunte Anno Christi 800 in Nativitate

(k) Id. p. 391. Ann. 23.

(l) Pag. 387.

(m) Id. p. 388.

tate Domini, dum Romæ ad altare ſupremum in Baſilica B. Petri orationibus vacat, ab ipſo Pontifice in Imperatorem Romanum coronatur, rege incauto quid acturus eſſet, uti quidam aſſerunt. Acder. p. 4, 5. Regino p. 34.

Sepultus eſt Aquiſgrani (hodiè *Aken*) in ducatu Juliacenſi poſiti à Limburgo boream verſus atq; inter Juliacum & Coloniam.

Concedatur jam tandem feriandi copia, Quippe quod Regni hujus florentiſſimi ad annum uſq; 800 ſub variis regibus ducti Chronologiam aliqualem perduxerimus.

Inſequentes ab hinc Reges non erit è re noſtrâ ulteriùs proſequi utrique penè polo cognitos. Omnium X regnorum fuit hoc magis diuturnum nec ab extraneo milite unquam penitùs ereptum, & floreant uſq; Francorum lilia, dummodò Eccleſiæ lilium in convallibus ſuis conſitum vepretis & Spinetis obſitum protegant, eruant.

Ex-

Exhibeamus jam tandem uno intuitu regni uniuſcujuſq; exordium.

I. *Anno* 356. Alemannorum in Rhætiis & Pannoniâ.

II. *Anno* 377. Oſtrogothorum 1. in Pannoniâ, 2. in Italiâ.

III. *Anno* 378. Viſigothorum in Pannoniâ, deinde in Italiâ, poſt in Galliâ & deníq; in Hiſpaniâ.

IV. *Anno* 378. Hunnorum in Pannoniâ & aliquandiu penè per totam Europam.

V. *Anno* 406. Britanno-Romanorum in Britanniâ, & poſt Saxonum.

VI. *Anno* 407. Suevorum 1. in Galliâ, 2 in Hiſpaniâ.

VII. *Anno* 407. Alanorum 1. in Galliâ, 2. in Hiſpaniâ.

VIII. *Anno* 407. Vandalorum 1 in Galliâ, 2. in Hiſpaniâ, 3. in Africâ.

IX. *Anno* 407. Burgundionum in Galliâ.

X. *Anno* 410. Francorum in Galliâ.

Reſtant

Reſtant adhuc vice coronidis paucula ſaltem priùs diſcutienda quam huic Characteri Clauſulam apponamus.

I. Primo loco objici poterit, etiam & alios reges ante annum 410. alibi exortos eſſe,

Reſpondemus primò Apoſtoli textum intra Cancellos numeri denarii minimè coercendum eſſe. In ſæculis enim ſuccedaneis patet numerum hunc intra limites imperii quondam Romani in Europâ præſcriptos, nunc augeri, nunc minui; ſed plerumque præterpropter denarium in hunc uſq; diem perſtitiſſe. Apoc. 17.

Reſpond. Secundo, quantum hactenus rimari potuerim (dum multum operæ atq; olei, ſi fas ſit dicere, ſcrutandis iſtius ſæculi Scriptoribus, atque ruderibus evolvendis impenderim) nec plura ſanè nec pauciora decem hiſce regnis priùs recenſitis, ineunte ſæculo quinto, & deinceps aliquandiu, eruere ullatenùs datur. Si ſcrutinium intra terminos (uti decet) Occidentalis Imperii

perii cohibeamus. Licet n, de regibus (gentium præterea octo) tum temporis sceptra gerentibus corruente jam Romano Imperio apud probos fidosq; legamus Historicos; illorum tamen enumeratio ad rem nostram Apocalypticam neutiquam spectat. Quippe qui vel extra Danubium ad septentrionem positi sint, ut Antæ, Sclavini, Rugii, Thuringi, Carni, Bulgari: vel ultra Rhenum in Borealioribus Belgii, ut Frisii, & Varni seu Varini, vel intra limites orientalis Imperii, ut ab initio post migrationem ex avitis sedib. Longobardi, qui unà cum his X priùs enumeratis eodem propè tempore ad partes Eoas in regale fastigium succreverint. Ideo autem non recensentur inter prima X regum incunabula, quod primitùs in orientalis imperii tractibus in hoc scrutinio exclusis aliquandiu delituerint: Dum tandem è Mæsiâ orientis Provinciâ in Pannoniam & denuò in Italiam ad subvertendum Ostrogothorum regnum à divino numine impulsi descenderunt. Neque itidem Sclavi aut Bulgari accensentur, quoniam in Thraciis dilabentibus posthæc annis consederunt.

Harum

Harum gentium ſeriem & ſedes inſequentibus ſæculis valdè immutatas ex hiſtoricorum ſcriniis licet deduxerim atq; in privatum commodum concinuaverim hic tamen propalare non opus eſt, quoniam ut aliquoties ſubinnui decem Reges Apocalyptici in Occidentalis Imperii plagis quærendi ſint. Eadem enim plerumque argumenta vim ſuam obtinent in Eliminandis è noſtro ſcrutinio omnibus hiſce populis æquè ac in dimovendo Græcorum Imperio in præliminio hujus opuſculi prolata.

Imò & hoc etiam adjiciamus inſuper Scotos, Pictos, Hibernos, Suecos, Danos, Norwegos, utpote extra limitem Imperii Romani olim degentes ad rem noſtram nullatenùs ſpectare.

Ultimò de Longobardis Gepidis, ac *Herulis* hoc etiã ſubmonẽdũ reſtat, quòd cùm brevi remporis intervallo, quædam è decem primis regna evanuerint; harum gentium reges ſuborti atq; ad occidentalem magis tractum accedentes in illorum corruentium loca mirâ Dei Providentiâ ſurrogati fuerint.

Quomodo autem pleriſq; è X præfatis Paulatim radicitùs Evulſis ſuccedentibus

dentibus annis alia regna ſtatim emergentia uſq; in hunc diem perduraverint, atq; in priorum ſedibus altas egerint radices; longo hiſtoriarum tramite edoceri poterit, ſi modò res exegerit.

Dan. 7. 20. Adhæc, quomodò etiam Cornu illud parvulum Danieli in viſionibus exhibitum tria è decem cornua exciderit; adeò ut hodiè 7. ſolum regna in illis Europæ regionibus, Occidentali Sceptro Romanorum olim ſubjectis, quærenda ſint, alio loco indagandum cenſuerim.

Secundo, Quæri poteſt à quibus Epochis aut radicibus decem regnorum primordia ſint dinumeranda.

1. An ab anno Eruptionis in ditiones Romanas?

2. An à Conſtitutione cujuſlibet regni in illo tractu locorum undè non amplius ſolum verterint?

3. An à Conceſſione regionum ab ipſis Imperatoribus regibus indultâ; adeo ut exinde, velut caput ſeptimum decem cornibus coronatis exornatum (priori ſexto jam languente) *(a)* alienationis jure per acquiſitionem derivativam, computentur: Non ſecus

(a) Gror. de Jure belli & pacis, l. 2. c. 6.

ac

ac 10.digiti in pedibus imaginis aureæ Danielicæ reliquo corpori connectantur.

4. An tandem, cum (*b*) potestatem & robur bestiæ bicorni resignâverint ? (*b*) Apocal.17. 13.

Resp. 1°. Epocham secundam non placere ; quod in ipso solo Romano protritis Imperii viribus regio more populis propriis imperitaverint, licet pro placito aliorsum posteà deflexerint. Textus enim Sacer non de stabilito obfirmatoq; regno hunc Characterem nobis ingerit : sed ab accepto.

Nec placet tertia ; Quod non opus est, ut ad Imperatoris veniam confugiamus, quippe quæ vi & armis extorta esse videtur. Licet enim Romani Scriptores de hâc tenendi facultate sermonem plerumq; injecerint, ad velandam turpitudinem & Romani nominis ignominiam feciſſe censendum est ; uti Ammianus Marcellinus de indecorâ pace inter Jovianum & Persas contractâ. Cum etenim Imperatores (approximante jam fato Imperii) repellendis Barbaris jam undiq; ferocientibus non suffecêre, fœdere ignobilisatis conflato illas regiones hostibus

bus concedere visi sunt, quas armorum ope detinere non valuerint.

Ex hac tamen parte, in administrandis terrarum Imperiis miranda Dei Providentia clariùs eluceſcit : quod ex hâc conceſſione decem Reges primitùs exorti in locum capitis Imperialis obtruncati ſurrogentur , atq; beſtiæ ſepticipitis ultimum caput conſtituiſſe videantur , uti præmonuimus.

Conſtat præterea, nullos forſan, vel paucos admodum è X. hiſce regibus terrarum prædia ab Imperatoribus accepiſſe ante annum 410: cum & beſtia bicornis tunc exorta fuerit. De quibuſdam inſupèr patet (ſi modo recte harioler) quod ab Imperatore Romana nullius fundi poteſtatem, nedum pro ejus arbitrio regnandi copiam hauſerint.

Quarta ſententia neutiquam placet: quoniam roboris ſui atq; potentiæ ad beſtiam bicornem delatio tum poſt proprii regiminis tum (a) beſtiæ ſecundæ exortum collata eſſe videtur. Nam primò in eſſe ſuo conſtituantur neceſſe eſt, tum caput 7um, tum cornua decem capiti infixa.

(a) Apoc. 13. 11.

Reli-

Reliquum est ideò, ut prima sententia pro Epochâ decem regum exurgentium verâ, & textui sacro magis congruâ statuminetur. Pagina enim sacra rationi concinniùs horum regnorum primordia à primo exortu arcessit, non à constabilito atq; probè fixo regimine: cum regnandi potestatem accepisent à Deo videlicet, (b) cujus est & conferre & transferre Imperia. Johannes etiam de acceptâ potestate simplicitèr enunciat: quam quis non viderit vel oculo dimidiato ad tempus absolutè regnandi rejiciendam esse.

(b) Prov. 8. 25.

De re haud absimili Polybius scriptor certè gravissimus sententiam dicturus quoad Imperii Romani exortum, confert cum Macedonici initiis, atq; sic nos affatur (c) [Ἐγὼ δ' παντὸς ἀρχὰς μὲν εἶναι φημὶ, τὰς πρώτας ὁρμὰς τῶν ἤδη κεκριμένων. &c.] *Ego principia cujusq; rei esse statuo, conatus primos & effectiones eorum quæ decreta fuerint.*] Sed missò Polybio, Tum temporis 10. hosce reges potestatem accepisse censeo, cum & Pontifex Romanus primatum sibi arripuit, atq; exercuit. Unâ enim eâdemq;

(c) Polyb. hist. lib. 3. pag. 162. edit. Casauboni 1619. Fol.

horâ consurrexisse Vates sacer asse-
Apoc. 17. 12. ruit. Primatum autem arreptum ac usurpatum esse annum juxta 410. in posteris (Deo volente) dabimus. Atq; ideo non de Confirmato regno seu Juventute hujus decicornis Imperii: sed de Infãtili statu, cum primùm jus in solo Romano Reges sibimet arrogaverint, intelligenda est Prophetia Sacra. At de his hactenus.

III. Tertio loco Quæri etiamq; potest, An ab initio regni primi in hoc decicorni Imperio: an ab ultimi initio caput hujus Characterismi statuendum sit? Nam & super hac re quidam digladiantur.

Resp. Sententiam illam vero magis proximam videri, quæ statuat bestiam tum pro comperto exortam esse, cum omnes decem Reges jam emerserint: Quoniam calamus propheticus depingat bestiam non cum primo vel uno aliquo, sed cum 10. regibus unà esse co-ortam. Cum decimus itaq; Rex chlamydem regiam sibimet jamjamq; superinduerit: ad hanc ipsissimam temporis junctura atq; internodium Spiritus Sanctus videtur digitum

tum intendiſſe: ut in illo ipſo articulo de beſtiæ bicornis ſeu Pontificis Romani exortu ſedulò quæramus: adeò ut neceſſe fuerit decimum Regem in regni incunabulis vagientem audiviſſe velut ſtellam Antichriſti ſuper horizontem Eccleſiæ exorientis monitoriam.

Reſp. 2do. Si initium beſtiæ à primo regno arceſſendum fuerit vel ab intermediis regnis: exinde ſequitur 1260 annos regni Beſtialis eſſe jam elapſos. Primũ etenim regnũ Anno 356. exordium ſumpſit: Ergo Beſtiæ exitium Anno 1616. accidiſſe neceſſe foret: Atque hoc falſum eſſe ſuo diſpendio norunt Eccleſiæ Evangelicæ. Atq; ſic etiam de quibuſdam è cæteris. Quid tandem reſtat? niſi ut ſummâ fiduciâ atq; ſpe vaticinio divino ut innitamur ſuo tempore atq; periodo à Summo numine adhùc complendo.

E præfatis itaq; liquidò conſtat decem Reges Apocalypticos inter minaces ruinas corruentis Imperii ſingulos Anno Chriſti vulgari 410, nec citiùs nec ſeriùs exortos eſſe. Proindeq; primum Characterem emergen-

tis beſtiæ ad annum 410. reponendum eſſe.

Cenſeo nihilominùs hunc Characterem κατὰ πλάτος (non ſecius ac reliquos inſequentes) exponendum eſſe, hoc eſt, ſucceſsivè ſumptum, à primo ſcilicet conatu ac molimine Gentium barbararum Imperii Romani ſubverſionem meditantium. Hoc enim inprimis obſervandum occurrit Imperium iiſdem gradibus in fatale exitium atq; periodum propero pede deſcendiſſe, quibus & decem regna in regale ſuum faſtigium aſcenderant. Horum etenim exortus illi occaſum minabatur: Quippe quod decem hi reges Barbari Imperium invaſerint, dilaceraverint, atq; tandem penitùs contriverint. Barbarorum autem in Imperium cum fœlici eventu inſultus atq; impetus primus Gallieno habenas moderante accidit, uti latiùs in regno Francorum depinximus. Ex illo enim tempore nunquam ſedata eſt barbariei rabies, uſquedùm extinctum fuerit Imperium. Quod ſi ab initiis Gallieni (Valeriano à Perſis jam capto) Inclinationem Imperii ſupputemus, ab anno ſc. 259, cum Imperator ille ſordidus & luxui indulgens

gens rem ſolus obtinuit, adjectis inſuper 1260 annis, deventum erit ad annum Chriſti 1519. Quo pene tempore, *h. e.* anno 1517. Eccleſiæ Pontificiæ hoſtis inſurrexit Lutherus ex eadem Germaniâ, è qua & olim Franci in ſtragem & funera Imperii à divino numine impulſi emerſêre.

259
1260
1519

Adhæc, uti rebus hiſtoricis vel parciùs imbuto patet, à Gallieni ſæculo Imperium non terminis promotum, nullis Provinciis auctum : Sed è contra ab omni latere jam conquaſſatum, à XXX. Tyrannis hinc indè ſuborientibus laceſſitum, verſus interitum deflectere viſum eſt. Nec alitèr Romæ Pontificiæ, quam olim Imperatoriæ ceſſit : ab exortu enim Lutheri, non aucta fuit, non protulit Imperium ſedes Romana, ſed minacibus bellis ac Concuſſionibus impetita, in excidium tunc primùm vergere viſa eſt. Adeo ut ipſe Bellarminus non diffiteatur, ex illo tempore, quo à Luthero adorta fuit, Eccleſiam Romanam deflexiſſe.

Trebell. Pollio in Gallienis. p. 507. &c. edit. Lug. Bat.

Bellarm. de Rom. Pontif. l. 3. c. 21.

Redeamus itaq; ad hujus Characteris primi παλατυσμὸν ſi à primâ ad interitum deflexione, ab ἀκμῆ ſuâ & vigore uſq; ad ultimum & fatale

Occidentalis Imperii complementum
476 anno 476. peractum convertamus ocu-
259 los, (uti è secundo charactêre dilu-
cidiùs constabit) 217 annos inter-
217 fluxisse statuendum est.

Tantæ molis erat Romanam perdere gentem!

Nec forsan Papalis Imperii filum à
1519 primo Lutheri impetu (annuente Deo)
217 in ulterius à Parcis trahetur, quin oc-
candum fuerit,
1736. Anno etenim 476, quo Imperium planè elanguit & Spiritum reddidit, hunc characterem 10. Regum in Provinciis Romanis potestate coronisq; regiis emicantium, omnibus numeris absolutum esse statuo. Amoto quoniam jam Imperio, omnia decem regna foliis suis inconcussa firmiùs inhæsêre. Illud enim quod obstitit 10. regnorum ac bestiæ bicornis exortui juxta Pauli vaticinium, jam-jamq; sublatum est: ac tum demum pleno splendore nec maculâ nubevè tinctus character hic primus effulsit, atq; intra latitudinem 217 annorum in orbe suo compingendus est.

Nec

Nec tamen dissimulandum est (licet constet Provincias Romanas à Barbaris ex ævo Gallieni squalluisse contritas) nullos Reges solum Romanum obtinuisse, aut coronis insignitos eodem loci (ubi primò posteà resederant) perduransse ante annum 356, cum Regnum Alemannorum in Rhætiis cæpit. Atq; etiam, uti diximus, licet ultimum è 10. regnis, Francorum sc. Anno 410. exortum sit: attamen hæc regni non metu bellisq; fuere libera ante Romanum Imperium penitùs abolitum Anno Verbi incarnati 476. Ab illo itaq; anno, si 1260 annos dinumeremus, emergit Annus Christi 1736. Quo tempore (conjecturis interim coram supremo numine prostratis) Antichristũ, ejusq; potestatẽ, penitùs penitúsq; confectũ iri autumo; atq; in abyssũ inferni detrusũ fore, undè prodiit. Cæteros abinde annos usq; ad beatissimum illud septeni sæculi millennium, in demoliendo fortè Turcico Imperio, in Convertendis Judæis, in plenitudine Gentium introducendâ, in subigendis deniq; ab omni plagâ (in qua quatuor Bestiæ Danielicæ ullam uspiam potestatẽ prædamvè obtinuerant) Ecclesiæ hostibus insumptos fore suspicor.

476
1260
1736.

Quod si verò aureum illud Ecclesiæ sæculum ante exitum sexti millennii, initium accepturum sit: Tum crederem post mille annos expletos, portiunculam septeni millennii adhùc reliquã bello Magogico impendendam esse, paulò ante extremum Universalis Judicii diem.

Quod verò ad rem nostram decem Regum spectat, licet aliquali annorum latitudine characterem primum circumscribendum esse censuerim: cujus primus impetus in annum 259 rejiciendus esse videtur, atq; ultima periodus anno 476. peragenda sit: Nihilominùs, cum decem reges, *Anno Christi* 410. omnes verè exorti sint, hoc est, 66 annis ante 476 exeuntem: Cumq; in illo ipso anno ultimi jam exorientis regni, *i.e.* 410, Roma Imperii caput & Provinciarum domina ab uno ex hisce decem regibus violata fuerit: Sperandum est nec sine indice digito sacræ paginæ in hanc rem extenso juxta annum 1670, aliquid magni, forsan in ipsius Italiæ visceribus peragendum fore. Accendit etiam spem, quod bestiæ bicornis aliquantisper ante annum 410, è terrâ ascensum,

410.
1260.
1670.

ſum, infrà (ſi modo rectè harioler) commonſtrâſſe mihi videor. Licet etiam & illum characterem in quodam circuitu & latitudine temporis rectiùs & tutiùs ſtatui ſubindicavexim: nec tamen ultra annum 476, protrahendum eſſe. Quare mihi hactenus conjectura non allubeſcit de Regno Pontificio penitùs extirpando ante periodum 1260, annorum diebus Propheticis ſignatorum. Quorum latitudo atq; periocha ab anno 410, ad Annum 476, annorum 66, circulum complectatur atq; anno tandem 1736, ultimũ complementum ſuum ſit obtentura.

Poſtremò tandem, ut paucula de gentibus ſedem illam meretriciam everſuris annectam (ſi modò concedatur unà cũ Graſero conjectandi copia, qui Antichriſtũ è rumoribus ab aquiõe territum iri ſtatuit) cenſerem ſanè à Borealibus Europæ populis atq; à Gentib⁹ verſus Tanaim paludeſq; Mæoticas & Pontũ Euxinũ ad ortũ æſtivũ olim hodieq; poſitis Romam Pontificiam deletam fore, uti jam cæpta eſt ab iiſdem non mediocritèr conquaſſari. Nec ſecùs ab hâc parte accidere con-

(a) Graſer. in Dan. 11. 44.

conjicerem; quam uti olim Roma Imperatoria à Gothis, Vandalis, Francis, Herulis, Hunnis, Turcilingis, cæteriſq; ex intimis Germaniæ & Sarmatiæ receſſibus erumpentibus populis devaſtata ac conciſa fuit. Nec ſubticendum duxi, quod etiam Conſtantinus qui in Britanniâ (Provinciâ ſeptentrionali) purpuram Imperialem primò ſuperinduit, exinde ad Paganiſmi excidium properavit. Hoc inſuper è Faſtis hauſimus, quod anno 7° Imperii ſui (cujus initium anno 1° 271. Olympiadis 8 Kal. Aug. à patris obitu (*b*) trahendum eſt, *i. e.* Chriſti 305. utpote perſpicuè ſatis etiam ex (*c*) Euſebii calculo patet, qui imperaſſe ſcripſit annos 32 demptis menſibus diebuſq; paucis & exiiſſe è vivis ipſo die Pentecoſtes. (*d*) Socrates autem (Euſebio uti ſolet accuratior) mortuum ſtatuit (*e*) xi. Kal. Jun. Fælicciano & Tatiano Coſs. anno ſecundo 278. Olympiadis, *i.e. Anno Chriſti* 337, Maij 22, in ipſâ Pentecoſtes ſolemnitate, ut è literâ Dominicali *B*, & Lunæ cyclo 15 unà connexis patet.) Anno inquàm Imperii 7° *i.e. Chriſti* 312. portentum illud celeberrimum in cælis vi dit

(*b*) Socr. Hiſt. l. 1. c. 1.

(*c*) Euſeb. de vit. Conſtant. l. 4. c. 53. & 64

(*d*) Socr. l. 1. c. 26.

(*e*) Socr. & Idatius. in Faſt.

vidit, ſignum ſc. è duabus primis Chriſti nominis literis conſtans & lucis ſplendore figuratum, inq; eo hanc inſcriptionem conſignatam [τούτῳ νίκα] literæ autem iſtæ Græco charactere exhibitæ ſunt, ut è numiſmate Fl. Magnentii (Auguſti *Anno* 350. renunciati) atq; inter propria noſtra χειμήλια repoſito patet. Eodem anno ad urbem Romam contra Maxentium victrices turmas duxit Conſtantinus noſter. Fuſo autem hoſte ad pontem Milvium (8 Kal. Octobris ſupputante (*a*) Sigonio) religionem Chriſtianam per totum orbem Romanum coli ſtatuit. A quo anno ſi 1260, numeremus annos, incidit calculus in Annum Chriſti (*b*) 1572, cum portentum aliud inſigne, ſtella ſc. nova in Caſſiopeiæ Cathedrâ miranda ſanè, priniò Venerem, poſteà Jovem magnitudine & fulgore æquans mundo affulſit, magni cujuſdam Imperatoris è Septentrionali plagâ orituri prænuncia, uti cenſent eruditi. Qui miranda forſan patraturus eſt, atq; Ethniciſmum Papalem dejecturus, ut Conſtantinus olim Pagañorum.



Euſeb. de vit. Conſtantin. l. 1. c. 22, 25.

(*a*) Sigon. de Occid. Imperio l. 2. p. 39. Edit. Hanov. 1618. Vid. ſuper hac re Petav. de Doct. Temp. l. 11. c. 37.

(*b*) 312.
1260.
1572.

In-

Insolens illa stella, stupenda sanè atq; admodùm rara, cujus æmula ab orbe condito (in quantum ex historicis eorumq; annalibus eruere datum est) mortalibus nunquam alluxit. Quippe quæ inter fixas hæsit, & cùm primùm apparuit, terrestrem globum $361\frac{1}{3}$ vicibus excessit, uti nobilis (a) Tycho Brahæus firmissimis rationibus astronomicis innixus, & ipse αὐτόπτης, asserit. Imò etiam, quod primùm in ipso meridie, aëre existente sudo discretè videretur, atq; etiam noctu per nubes non admodum densas cæteris latentibus astris transparebat, uti itidem præclarissimus ille Astronomus de mirando hoc Dei opificio multa pertexit. Nos autem istis missis hic connectamus id, cujus gratiâ atque ductu per annos 1260 appositos, mentis acies ex inopinato hæc intuita sit, nec patiamur excidere, quod pari modo ac inter Constantini portentum & supremum Imperii diem 164, anni intercepti sunt: Sic etiam & ab hâc nostrâ stellâ, si dinumeremus annos æq; 164, numerus productus nos à manu quasi ducet ad annum illum 1736, cum quo ex hoc primo character e

(a) Tych. opera edit. Francof. 4to. 1648. p. 303.

312
364
476.

1572
164
1736.

ctere finale Papalis Imperii excidium futurum esse speramus. Quod siquis nostris certiora & sacræ paginæ magis congrua apportaturus sit, Ecclesiarumq; Evangelicarnm gaudia citiùs anticipet, ex imo pectoris sulco congratulabimur. Quum interim (uti in superioribus probavimus,) decem Reges anno 410, exorti fuerint: atq; Imperio Romano (sexti capitis obtruncati) Cæsareano Anno 476 penitùs demolito, regna sua firmiùs constabiliverint: atq; insupèr, quum hisce regibus radianti fulgore in solium elatis Bestia Apocalyptica unà co-orta fuerit: Quod latiùs alibi probandum suscepimus: Quumq; denuò per annos 1260, tyrannidem sit protractura, nec ulteriùs: hìc peroràsse sufficiat, quod stragem illius ultimam jam præ foribus stantem, post decursum 66 annotum ab *Anno Christi* 1670, penitùs penitúsq; completam iri submisso expectemus animo. Licet strictim determinare non ausi simus, Quoniam in Prophetiis nondum expletis lippiant, cæcutiant & squamis plerúmq; obducantur mortalium oculi: spem tamen in cineribus atq; favillis persecutionum

cutionum Ecclesiæ hactenùs ardentiùs latitantem & scintillantem, hujus excidii approximantis fovemus unicè. Non quod diu ante horum exitum annorum mirandas sedis illius meretriciæ conquassationes fore non censeamus: sed hoc animo recolimus, quod non uno mense, vel anno, tanta tamq; immensa & splendida divinæ ultionis fulmina, tonitrua, fulgura, terræmotus in effusione 7 Phialarum iræ Dei ultimæ, suum sortiantur effectum. Hoc tamen ante colophona huic capiti impositum edisseramus, quod nobis hactenus suasim insinuare haud potuimus, Antichristum ante Phocæ imperium non emersisse. *Whitakerus* noster disertè statuit de temporibus Bonifacii & Phocæ [(a) *Non tum natus Antichristus est, sed in suâ sede confirmatus*] Hoc etiam submonendum esse duxi, quod *Justinianus* Sanctione Imperiali sedi Romanæ primatum detulit aliquandiu ante Phocæ exortum. [(b) *Sancimus ut secundum eorum* (sanctorũ conciliorum) *definitiones sanctiss. veteris Romæ Papa primus omnium Sacerdotum sit*] Distinctionem de ordine & dignitate hìc nihil moramur, cum abundè

(a) Whitaker. de Pontifice Rom. contr. 4. q. 5. p. 691. b.

(b) Justinian. novel constitut. 131. fol. 275. b edit. 8. Paris 1548.

abundè constet ante hoc sæculum Papã appellationes & suscepisse & strenuè defendisse contra alias Ecclesias tum Africæ tum Orientis. At hæc non sunt hujus loci, cum alibi ex professo tractanda sint. Symbolum autem seu λειψὸν nostrum (quam sit exile, licet conscii) in Gazophylacium Propheticum jam misimus, sententiamq; nostrã Ecclesiæ Christi veræ ac illibatæ, uti par est, piis candidísq; pectoribus in integrum humillinè subjicimus. Domino autem nostro, Deo Zebaoth nullam ab effusis precibus impertiamus (c) requiem, donec stabiliat, donec statuat Hierosolymas in laudem per universum terrarum orbem. Donec tandem fæderis (d) Angelus ille fortis lapidem instar molæ ingentis sustulerit & in mare projecerit dicens: Ita cum impetu projicietur Babylon urbs illa magna, nec invenietur ampliùs.

(c) Isa. 62. 7

(d) Apoc. 18. 21. Jer. 51. 64.

Veni Domine Jesu, veni citò.
Apoc. 22. 20.

Anno patientiæ
Dei immensæ
1663.